

hinc omnem virtutem impendunt, ut initia feliciter succedant. Intueamur duos pugiles in valle Thebentini, videlicet Davidem, ac Goliathum. (1. Reg. 17.) Ibi, quamvis armatus Gigas iactabunde insultavit fideli populo, in arena tamen impeterrite comparuit juvenis David, dieique de illo Scriptura, quod acceleranter, & festinabunde comparuerit: *Festinauit David*. Generose Juvenis: festina lente, age mature, metire factum, & adversarium viciniorum expecta, ut securus ferias: Non, non respondet David: festinandum est, eminus agendum est: si enim Gigas jam impenderet jugulo, certe funda, ac lapis, in quibus victoriae spem repono, non amplius esset ului. Praevenit igitur adversarium, lapidem projecit, vicit, triumphum retulit. Eundem in morem agendum est in pugna spirituali contra tentationes; eminus feriendus est hostis, nec indulgendus; vicinior illi congressus sternendus est, dum adhuc est debilis, ac infirmus, & necdum per obstantas victorias invaluit. O quanta mala consequuntur, si primi tentatoris assultus non statim eludantur! vultis scire, mei Christiani, quamvis sint hac mala?

Si tentationibus non statim resistitur, mox ad majora proceditur.

4. Respondeo, inter cetera maximum est, quod, si initio non resistatur, mox ad majora fiat progressus, & sic sensum sine sensu eatur in vitiorum incrementa: Ita mentem hic inhi venit ridicula narratio, quam de quodam itragemate Studioforum Pragensium multoties audivi: contigit ibi in Universitate Studioforum nonneminem, nescio cuius delicti causa, in vincula trahi, & in praetere turris ergastulo concludi. Illius consolantes, ut captum redimerent, hanc stropham invenerunt: formicae & majoribus alicui tenuissimum filum sericum illigarunt, filo huic serico annexerunt filum crassius, quo crassiori funiculum, funiculo rudem: hanc igitur formicam muro turris applicarunt, ejusque frontem modicissima mellis stibula tinxerunt. Animalcum mellis odore allectum, & recta & muro turris ascendens, post se traxit filum tenuissimum, illudque demum post multas ambages ad fenestram captivi sursum detulit, quod ille apprehendens, primo filum illud crassius, tum funiculum, denique rudem traxit, quo & sublimi sese demisit, ac in libertatem asseruit. Ita plane contingit in nostro proposito; semper proceditur ad majora; infernalis tentator ab initio tantum peti filum tenuissimum, hoc est, modicum somnolentiam in resistentia tentationis; hoc obtento, novit adeo prosequi suas fraudes, ut successive funiculis, ac rudentibus liget peccatorem. Hinc Sanctus Franciscus Seraphicus, (Dresel. in palestr. p. 3. c. 2. §. 2.) illud miraculum Sanctitatis, monere solebat suos Fratres, cavere sibi, ne vel unicum capillum traderent diabolo; quia callet ille ex hoc capillo funem nauticum texere, quo eos pertraheret ad gehennam. Quibus incrementa creavit

hic funis nauticus demonis? percipite Sanctum Bernardum dicentem: (in tract. de intern. domo.) *In initio cogitationis iniqua resistite, & fugiet a te, cogitatio prava delectationem parit, delectatio consensum, consensus adhaerent, adhaerentia consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem.* En gressus in incrementa.

5. Jam intelligo textum illum capti valde difficilem, quo Spiritus Sanctus per Prophetam committitur: *Va, qui cogitavit inutile.* (Mich. 2.) mirabile dictum: cum enim, teste Gregorio, (hom. 9. in Ezech.) particula *Va* in Scripturis ordinarie significat minas aeternae damnationis, qui fieri potest, ut propter inutilem cogitationem intentetur tam grave supplicium? Nimirum, ab inutili cogitatione paulatim devenitur ad iniquam, & ab hac semper profundius, ac profundius in abyssum &c. Age modo, mi peccator, & tibi ipsi blandire, te serio penitentium actu, eaelecerum caeno resurrecturum, postquam iteratis vicibus diabolo victas manus dedidisti: quae, cui eventui hanc spem inadiasces? an putas tentatorem lassatum iri, tentationes, cum tempore cessaturas? falleris, falleris: dico tibi cum morali Seneca: (ap. Mansi Titulo Tentatio disc. 16. n. 2.) *Non obtinebis, ut desinat, si in tepe permiseris.* Vis consulere salutem tuam? non permitte incipere. Principis oblat, sero medicina paratur, cum mala per longa invaserint moras. Rex Pharo, cum videret Israelitas in regno suo multiplicari, praecepit multos infantes statim post partum aquis suffocari: quare? ne adolecerent, & cum tempore contra se arma caperent. Ita in canis suffocandus est fetus malarum tentationum.

Peccatum Eva, & fere omnia alia ex eo facta sunt, quia non resistitur initio.

6. Verum quid juvat hanc rem Scripturae testimonio, & doctrinis moralibus dilucidari, quae optime comprobatur ab exemplis. Ab exemplis, inquam; existimo enim, aut nullum, aut paucissima peccata fuisse in mundo patrata, quae non ortum traxerunt a negligentia resistentis initio: perpendamus hanc veritatem in primo peccato Proto-Parentum: Eva, muliebri curiositate Paradisum perlustrans, in daemone personatum serpentem incidit, cum coque sermonem miscuit. O mulier incauta, fuge, abrumpe sermoneis initia, paratur tibi laqueus, fuge: Frustra moneo, pergit Eva colloqui, decipitur, praeceptum Dei praevaricatur, & infelix estu pomum una secum nos omnes in ruinam praecipitat. Dic, Sancte Chrysolome, quid opportunius facere Evam, ut turpi lapsu manifeste immunis in Christiani? ne quare, cur a stygio tentatore. in pudenda leclera adeo frequenter abripimini: ratio est, quia tentationis colluctis, quia initia non formidatis, quia modica permitis, & dein ad magna prorumpitis. Non est dispersandum cum diabolo, sed ligandum.

Sicut in temporalibus praevincitur damnum modicum, ita fieri debet, quod animam concernit.

7. O quanta est vestra sedulitas, ac circumspectio in rebus temporalibus; ut damna, ac pericula, quae metuuntur, mature praevincantur! Quid agitis, si forte scintilla quadam contempta in paleam incidat, & domus incendium mittitur? curritur statim, fertur aqua, extinguitur ignis. Quid agitis, si venenosam carcinoma membrum aliquod corripiat, & per totum corpus ferpe metuatur? curritur statim, vocatur Chyrurgus, fiunt unctiones, ac sectiones. Quid agitis, si forte murus rimas agat, & riuam domus intendet? curritur statim, reparatur ruina, sulcitur murus. Quid agitis, si ignitus carbo in vestem insiliat? curritur statim, excutitur, aut extinguitur. Superfedeo plura huiusmodi exempla producere, & interrogo; cur ergo non pari industria festinatis obcludi tentationibus, cum tamen earum nocumenta sint incomparabiliter graviora, quam emulae hac recessitas? &c.

Diabolus insidiatorem sperat victoriam, si initio non resistatur.

8. Dicit forsitan nonnemo: Etiam si tentationem non in ipso semine extinguiam, non est tamen periculum delectationis, & consentus. &c. O mi bone! hac ipsa responsio plane gravis est tentatio: crassissima, ut sentio, laboras ignorantia: Ritas enim velim, si initio tentationis locum tribuas. Jam omne id obtulisti diabolo, quod vult. Itane omne id? Ita est: nihil amplius pro mune desiderat tentator, nisi ut tentationis initia accipias: quemadmodum ille, qui unico coque extremo catena annulo ligatus est, dicitur integra catena teneri; Ita si unico tentationis initio vinculari te finas, proleto orcinus insidiator spem indubitatum concipit, fore, ut successu temporis integra scelerum catena te teneat captivum. Dicitur echinus, pluvia tempestate vitae ad vulpem, rogasque, ut sese, donec redierit serentis, in specum hospitem admitteret, velle se extumpelesque angulo liberet esse contentum. Excorata vulpes recepit advenam, sed ecce: Echinus exertis utriusque aculeis ita se dilatavit, ut demum habitatione sua expulerit incolas. Hunc ipsum in morem agit diabolus: rogat unicum cordis angulum, & post unicum tentationis motum; si admittitur, succellive fit non hospes; sed Dominus cordis. Propterea moneo Apostolus: (Ephes. 4.) *Nolite locum dare diabolo.* Nolite quare? quia ubi locum impetrat exiguum, paulatim occupat totam domum. *Diabolus serpens est,* ait S. Hieronymus, (in c. 9. Eccl.) *capiti capiti, hoc est, prima suggestioni, si non resistatur, non est dubitandum, quin in vitrale cordis nostri foveam illabatur.* Lubetne hanc in rem audire historiam? audite ex Sancto Gregorio. (1. 4. Dial. c. 7.)

9. Beatus Andreas, Fundanae civitatis Episcopus, *Clavi Spicilleg. Concionat.* Pars I.

pus, multiplici virtutum, praesertim illibatae castitatis, decore celebrissimus, domus suae, quam inhabitabat, quamdam sanctimoniam feminam secum habebat, diurnis rei aeternae laboribus intentam: quamvis autem & ille, & illa abincontinentia periculo procul aberant, nihilominus non defuit infernalis veteratentationum femina facere, & coque adduxit Episcopum, ut aliquando hanc feminam, quam ob virtutis exempla multum admirabat, blando verbere in axilla percussit. Eo tempore contigit, ut Judaeus quidam ex Campania partibus Romam itinerans, & praeter spem abingruente nocte occupatus, cum aliud diversorium non inveniret, in delubro Apollinis via confiso pernoctaret: tenebrarum horror, & loci impietas adeo perculit peregrinum, ut quamvis alias a Christianorum sacris abhorreret, pro majori securitate sese crucis signaculo communit. Media nocte, cum pervigil jacebat, vidit repente ingentem infernorum spirituum turbam delubrum intrare, unumque ex his eminentiorem in ara considerare: aderant certatim maligni spiritus, & deponabant coram hoc praeside rationibus eorum malorum, quae quilibet e die per orbem operatus fuisset. Inter alios gloriabunde in medium prodit unus, exiitque, se Andreae Episcopi animum per speciem sanctimonialis feminae adeo vehementer tentatione commovisset, ut illi blandiendo manum in humeros impegisset. Incredible est, quanto applausu haec allocutio fuerit excepta: supremis ille demonum laudabat tentatorem; ceteri omnes gratulabantur, atque hortabantur, ut periret, quod coepisset, fore lucuriam hoc tanto grandius, quanto viri sanctioris animam ad lapsum, & perditionem esset pertracturus. Hac cum immensa formidine obrutus, ille Judaeus vidit, audivique; vicissim visus est a spiritu, qui ceteris praerat; iustum est, ut inquireret, quisnam esset, qui jaceret in delubro praefumere; quem maligni spiritus accedentes, & subtilius intuentes, cum crucis signum cererent, dixerunt: *Va va! vas unum, sed signatum: quibus Praefidi suo reventiatis; subitro omne illud concilium dissipavit.* Judaeus primo mane ad Episcopum festinanter se contulit, illicque omnem rei seriem exposuit. Indoluit Vir Dei vehementer, quod sua illa levitate tantam causisset demonibus letitiam; culpaeque poenitentia ductus, deinceps omni feminae consortio se interdixit; Judaeo autem aluberrime monitionis gratias, & deinde Baptismi, ac fidei lumen contulit. Jam ego, omissis ceteris, quae in hac historia notatu sunt dignissima, solum quero, qui tantum applausum, jubulumque conceperint daemones ob hanc Episcopi levitatem? Nempe, quia ex hoc tentationis initio spem concipiebant, fore, ut magis, magisque deceptus Vir Dei, successu temporis in majora scelera pleno cursu fit ruiturus. Incepisse in malo factis est demoni, ut sibi de victoria gratuletur.

10. *Epilogus.* Tu igitur, mi Christiane, si ignem vis lugere, time fumum; si formidans leonem, expaveſce rugiunt. Cautiſſimus eſto in moribus, in converſatione, in ſenſibus externis, & internis. Quid agit honeſta, & viſioſa fidelis mulier, ſi forte per literas, ab adultero amatore miſſas, ad nefas invitatur? nec dignatur oculo ſcripturam; oſtendit ſine mora marito, dilacerat, & igni tradit: ita agere debet anima, quæ Domino Deo vult eſſe fidelis: debet cuſtodire oculos a periculoſis aſpectibus, aures a laſcivis diſcuſſibus, manum a conſuetudine alienæ manûs, præſertim diverſi ſexus; quia hæc omnia ſanctiſſime ſunt initialia litteræ, quibus a demone ad nefas invitatur.

Verbo cavenda ſunt *Medicia*, ne ad majora fiat progreſſus. Amen.

Dominica IV. Poſt Paſcha.

CONCEPTUS I.

De frequenti conſideratione Finis ultimi.

Vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Joan. 16.

EXORDIUM.

Homo ſæpe ſe interrogat: quo vadis?

1. **D**ivinus Mundi Redemptor reprehendens videtur Apoſtolos, quod, cum de abitu ſuo ex hoc mundo frequenter mentionem faceret, nemo tamen eorum interrogaret Dominum, quomodo quare? *Quo vadis?* ex hac enim interrogatione occaſione nactus fuisset iuſe diſſerendi de Regno cæleſti, cuiusque gloria, ad quam paulo poſt erat abiturus, prout annotat Cornelius a Lapide. (*hic.*) Chriſtiani Auditores! patimini, ut & ego hodie deprehem, pauciſſimos eſſe hominum, qui non Chriſtum Redemptorem, ſed ſe ipſos non interrogant: *quo vadis?* quid tandem erit? quæ eſt deſtinatione noſtra? quis finis? &c. Sicut volueris in cavea latibunda exultat, nec tamen libertatem, ad quam nata eſt, cogitat; ſicut Iſraëlitæ, paſcorum, ac optima vallis amore detenti, non anhæbant ad terram promiſſam; ſicut porci ſub ilice glandes quidem devorant, nunquam autem oculos ſurſum in arboris ramos atrolunt; ita proſolentur: multi homines in hoc orbe vivunt, comedunt, bibunt, deliciaſcant, jocantur, divitiis, ac voluptatibus inhiant, nec tamen finis ſui ultimi recordantur. Quid mirum ſi mundus plenus ſit vitibus, ſi enim omnis operatio recta dependet a cogitatione finis, etiam vitæ bonæ inſtitutio dependet a cogitatione finis. *Non recte curritur*, ait Auguſtinus (*ap. Inſcript. VII. conf. 1.*) *ſi, quo currendum eſt, inſciatur.*

2. *Prepoſitio.* Chriſtiana anima! excludite pauliſper cogitationes ceteras ex animo & hanc

feriam mecum perpendite; *quo vadis?* cur hanc vitam vivis? cur intellectu, voluntate, ac ſenſibus præditus es? Eſt hæc veritas inter primarias, ac fundamentales Orthodoxæ Fidei. Favete.

Homines agunt cum ſua.

3. *Diſſo.* Rationalis creatura ab irrationali in hoc diſſert, ait Sanctus Thomas, quod oportet ad certum finem; brutæ autem cæco impetu agantur. Advocatus diu, nocturne ſtudii vacat, ut favorabilem ſententiam extorqueat; Agricola nulli labori parit, ut locupletem meſſem conſequatur. Mercator mille pericula terra marique adit, ut grande lucrum faciat. &c. Quis ergo finis quis ſcopus eſt hominis, in hoc mundo degentis? Audite: adheſe animis, ſanctus Auguſtinus (*de Diſt. Deo*) rem omnem paucis expedit: *Creatus eſt homo, ut ſummum Bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo fruere.* O benedicta ſe Dei Bonitas, quæ ad finem tam ſublimem nos vocavit! in hæc punctatim huic doctrinæ.

§. I. *Homo ex creatione ſua agnoſcere poſſet finem ſuum. Creatio quantum beneficium.*

1. *Confiratio.* Punctum primum eſt: *Creatus eſt homo, ut ſummum Bonum intelligeret.* Quæris, O homo, qua ratione in cogitationem ſummum Bonum pervenire poſſis? recte creationis tuæ negotium. En, in prima mundi Genefi creati a Deo ſunt Adamus, & Eva, Proto-parentes noſtri, ab illo tempore uſque ad Chriſtum natum fluxere ſere quadraginta ſæcula, a Chriſto nato uſque huc iterum ſæcula ſeptendecim, & per hæc omnia temporum ſpacia, immo per totam retro æternitatem nihil eras. Cum nihil fuiſſis, mereri non poteris, ut aliquid eſſes; quod enim nihil eſt, meritum habere non poſſet: ergo primum eſſe tuum ex mera liberalitate, ac gratia reſcriptiſ; a quo? a Deo Creatore tuo; ſive milleſas alias creaturas producibilis in ſuo nihilo deſeruit; & te in lucem produxit. O quanti ſciendum eſt hoc creationis beneficium! ſi enim magni facimus beneficium, quo perditam noſtri partem recuperamus, uti ſanctatem, quanto magis a ſtimanda venit Dei liberalitas, qua totum accepimus, quidquid lumus? enumera, O homo, omnia tam naturalia, quam ſupernaturalia dona tua, intue intellectum, voluntatem, corporis ſenſus, membrorum ſymmetriam, conſidera creaturas inferiores, terram, elementa, animalia, volucres aëris, pilces maris, herbas, plantas, arbores, ceteraque omnia in tuo emolumentum producta. Quis non obſtupetac Bonitatem, Liberalitatem, Potentiam ac Maieſtatem Divini Creatoris? Verum agnoſce, O homo, non cæco quodam modo, ſed ſumma cum Providentia te produxit Deus, & quoniam inventa perfectioſis eſt, non potuit tantum creatio-

tionis ſcopum ſigere alium, niſi ſeipſum. Non ergo, tuus eſt; quid alterius creaturæ es, ſed Dei ſolius es; quia a ſolo Deo omnia reſcriptiſ. *Univerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*, ait Salomon, (*Prov. 16.*) addiditque Cornelius: (*a Lap. hic.*) propter ſemetipſum, tamquam propter finem ultimum rerum omnium. Magna fuisset miſerationis dignatio, ſi te Deus crearet, ut ſervires ſupremo cuidam Angelo; ſed, adverte dignitatem tuam: creatus es, ut Deo ſervires, Angelorum Domino.

§. II. *Homo debet amare Creatorem ſuum.*

2. Alterum punctum nobis inſinuat Auguſtinus his verbis: *Creatus eſt homo, ut ſummum Bonum intelligendo amaret.* Fruſtra agit homo, ſi Deum intellectu agnoſcat, niſi etiam voluntate amet: ſed poſtquam illius potentiam, magnitudinem, perfectionemque infinitam ex ſua, altarum rerum creatione agnovit, ſuam etiam ordinationem ad Deum, tamquam creaturam ad Creatorem intellexit, necesse eſt, ut in illius amorem aſſurgat, ejuſque obſequioſe, ſuaque omnia momentiſ ſingulis conſecret. Quid agis, O homo? putas te in mundo verſari: ut tibi vivas? ut commodis tuis ſervias? erras: ideo vivis, ut Deum ames. Argute advertit Picus Mirandulanus, quod Dominus Deus in productione mundi ſingulis quibuſque creaturis proprium locum conſtituit: Angelos in Cælo, animalia in terra, pilces in aqua, ſolem, ac lunam in firmamento, volucres in aere collocavit. Homini autem nullum ſtabilem locum dedit; in Paradifo enim collocatus non eſt, ut ibi permaneret, ſed ut operaretur, & cuſtodiret. (*Gen. 2.*) Quis ergo locus, quæ ſedes, quæ requies homini convenit? audiamus citatum Auctorem: (*l. 2. de op. ſen. dierum.*) *Nullum conſignavit locum homini, ut edoceret, in Deo, qui proprius ejus locus, uſendum eſt.* Audis iſta, O homo, non ideo in hoc mundo es, ut alteri homini placeas, non ut divitiis corradas, non ut honores aſſequaris, non ut voluptatibus fruaris, non ut magnas ſcientias compares, non ut ſenſuum oblectamenta capias. Non: non ſi in hæc terrena animam affigas, a ſcopo tuo recedis, centrum tuum ſolus Deus eſt. Dubitas de hæc veritate? conſice oculos iterum in Paradifo: ibi Dominus Deus, poſtquam Adamus peccaverat, alta voce indagavit: *Adam, ubi eſ?* ſcivit perbene, ubi trepidus delitesceret, nihilominus interrogat: *ubi eſ?* quare? Rationem aliquat ſanctus Ambroſius: (*l. de Paradifo. c. 14.*) poſtquam peccavit Adamus, Deus cum non amplius invenit in ſe; quamdiu in ſtatu gratiæ erat, erat in Deo, tamquam centro ſuo, per peccatum autem ab hoc ſcopo recedit, ideo dicere vult Dominus: *O mi Adam quo te perduxerunt peccata tua, ut fugias Deum tuum?* O infelicis Adæ poſteri, quid agitis? cur creaturis corda affigitis? ſuſum corda: ſurſum ad Creatorem: veſtrum eſt, ut illi ſerviat, cui totum eſſe veſtrum debetis; quid poſſet eſſe æquius? veſtrum eſt, ut illi ſoli pla-

cere ſtudeatis, qui quam optime de vobis meritus eſt: quid poſſet eſſe rationabilis? veſtrum eſt, ut illi obſequium omne impendatis, qui infinitæ Maieſtatis eſt: quid poſſet eſſe nobilitas? veſtrum eſt, ut illi ſoli laudem dicatis, qui omni laude digniſſimus eſt: quid poſſet eſſe exoptabilis? veſtrum eſt, ut illi ſolius gratiam quærat, qui merita veſtra æternum remuneraturus eſt; quid poſſet eſſe utilius? &c.

§. III. *Salus Deus ſalvat hominem.*

3. Tertium punctum nobis inculcat Auguſtinus: *Creatus eſt homo, ut ſummum Bonum amando poſſideret.* Hæc: eſt illa felix poſſeſſio, quæ ſola hominis animum tranquillat: circumfer O homo, oculos per univerſum orbem; en, aliqui coronis, infulis, tiaris, honoribus, officiis ſuperbiunt; alii divitiis, auro, argento, gemmisque afluunt, &c. Quare ſingulos, aut teneant deſideriorum ſuorum apicem? quid putas, reſpondebant? certe nil aliud, quam quod Magnus Alexander, teſte Pitarcho, (*in Vita Alex.*) reſponſiſe fertur: *Teneat orbem, & cum audiret ſuperbe adhuc alium, lacrimatum eſt, non alio animi dolore, quam quod non utrumque poſſideret.* Infelix, in mundi totius poſſeſſione pauper erat. O mi homo, etiam orbis totius opes poſſideas, ſemper tamen humiliculus eris, niſi Deum habeas, de quo Pſalmiſta, (*Pſal. 102.*) *qui replet in bonis deſiderium tuum.* Res iſte terrena non poſſidentur, ſed ſpectantur; non aſſiciuntur, ſed ſenſus. Sicut ergo, ait Vincentius Ferrerius, (*ſerm. de Samar.*) qui calida febricitat, ſiſim non reſtingit, dum aquam ſolum aſpicit, quia aqua non intrat illuc, ubi ſiſis eſt: ita, etiam homo honores, divitiis, pulchritudinem, ſapientiam, & quidquid in creatis delectabile eſt, poſſidet, non tamen ſaturerit; quia hæc omnia non animam, ſed ſenſus aſſiciunt: *ſiſiſit anima mea, (Pſal. 62.) Deſiderat anima mea ad te Deus (Pſal. 41.)* exclamat David. Rationem hujus totius paucis aſſignat Auguſtinus: (*l. 2. conf. c. 1.*) *Facit nos Dominus, ad te, & inquitur eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.* Tua ſola Maieſtas cor noſtrum poſſet implere (ita contemplantur Devotiſſimus Alvarez de Paz (*l. 3. p. 3. ſecund. 9. contem. 1. 80.*) tua Bonitas & dulcedo ſatiare; hanc capacietatem noſtram nec dignitates, nec divitiæ, nec voluptates, nec que univerſa bona creati repleunt; ſed unum tantum Bonum infinitum, & increatum, quod tu ipſe es, replere poſſes, & felicem eſſicere. Lingua magnetica nulla arte avelli poſſet ab intitu ſtellæ polaris, non ſolem, non lunam, non Saturnum, non Venerem reſpicit: quare? quia ad ſtellam polarem nata eſt: ita cor humanum inquitur eſt, donec requieſcat in te, &c.

§. IV. *Homo creatus eſt, ut æternum Deo fruatur.*

4. Quartum denique punctum conſiderandum proponit Auguſtinus: *Creatus eſt homo, ut ſummum Bonum poſſidendo fruere.* O infinitum

Bonitatis dignationem! potuisset Dominus Deus hominem ordinare ad finem, a quo consumere- tur; ita ut post aliquot annorum obsequia, de- nuo in nihilum suum recideret, non aliter, ac cibi, aut vestimenta ipso usu consumuntur: & poterat hoc sine injuria hominis facere; quia partim infinita Dei Majestas, partim creatio- nis, & conservationis beneficium absque ulterio- ri remuneracione hominis obsequia sibi vindicarent. Verum non hoc fecit Deus; non creavit hominem ad finem, a quo consumitur, sed a quo persequitur, & aeternum felicitatem. Servire Deo non solum honorificum, sed & utile est: quam utilitatem confert? aeternam fruicionem Dei. En O homo! attolle oculos supra solem, supra sidera: ibi locus quietis tuae est; ad hoc natus, factusque es, ut Dei pulchritudinem aeternum intuearis, ames, & interminabili bea- titude fruaris. Hac gloria caelestis promissio, Dilectissimi, in omnibus actionibus, in omni- bus mundi advenantibus indelenter respicienda est: hac gloria caelestis retributio miram quantum animavit Apostolos in suis laboribus, Martyres in tormentis, Confessores in peniten- tiis, sanctas Virgines in solitudine: audiamus unice, quod Metaphrastes de glorioso Mar- tyre Plarone testatur: Sanctus hic Christi Athle- ta primum a quatuor, deinde a duodecim carni- ficibus flagellis horrendum dilaniatus, in tor- mentis intrepidus, & mente semper in Calum erecta stetit. Ubi iustus Tyrannus in carcerem reductus est, confluxere ad illum plurimi Chri- stianorum, quos ille scilloquus est: Quid existi- matis, O Dilecti? an putatis, quod levi de causa hanc consuetudinem susceperim? minime ve- ro. Non pro re vili tam arduum certamen ini- vi; lubentis animo hae vulnera sustineo, ut his brevi perfunctis periculis, gloria sempiterna in calis premio fruatur: Pugnate & vos leto animo: mentis vestrae oculos non ad ea, quae sustinetis, sed ad futuram retributionem ver- zite: certi estote, qui nihil praeter futuras co- ronascogitatur, gloriose vincit, ac triumphat. &c.

8. *Epilogus.* O Christiana anima! quid ergo agis? cur in rebus perituris frustra detineris? quid ita vivis, tanquam non Deus, sed mundus, & transitoria voluptates suis tuis essent? nomine mirum tibi foret, si flumen in medio cursu se retrogeret, si ignis dorsum tenderet? mi- rare potius monstruosam deordinationem qua homo salus sua oblitus a fine ultimo, ad quod factus est, recedit. Tu igitur per hanc ipsam salutem tuam obtestor, ut quamvis corpore tenus in terra hereas, frequenter tamen animo in Caelo converferis: consistit nonnum- quam inter negotia, & actiones, roque ipsam interroga: *quo vadis?* ac responde: Vado ad aeternitatem, ad caelestis Patriae perennitatem. Amen.

Dominica IV. post Pascha.

CONCEPTUS II.

Arguitur injustitia hominum peccatorum: plus curant temporalia, quam aeterna.

Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de injustitia. Joann. 16.

EXORDIUM.

Spiritus Sanctus accusat mundum de injustitia, Quia plus aspiantur terrena, quam aeterna.

1. **P**lane res oppido admiranda esse videtur, quod, cum mundus sit omni scelereum genere plenissimus, nihilominus, Spiritus Veritatis non aliam mundo accusationem committit, quam de injustitia: *Arguet mundum de injustitia, id est, defectu justitiae*, prout annotat Cardinalis Hugo. (*in Joan. 16.*) Cur non accusat mundum de defectu caritatis? cur non de defectu castitatis? cur non de defectu pietatis? Dilectissimi, percipite responsum: Spiritus Sanctus accusat mundum de defectu justitiae; quia defectus justitiae est radix fere omnium peccatorum in mundo. O si Justitia dominaretur in humanis cordibus! brevi exor- be exularent omnia scelera: quid ergo est justitia? audite Imperatorem Iustinianum: *Justitia est constant, & perpetua voluntas sui iun- ctive tribuendi.* Hoc est, est serena voluntas nulli rei plus, aut minus juris tribuendi, quam illi ex aequo competat: consequenter exi- git justitia, ut homo res omnes, quas seu in- tra, seu extra se possidet, eo in pretio habeat, quod illis convenit: quas sunt illae res, quas homo possidet? Possidet animam: iustum est, ut aestimetur: possidet corpus: iustum est, ut aestimetur: possidet famam: iustum est, ut aestimetur: possidet bona fortuna: iustum est, ut aestimetur: ita tamen, ut anima, quae bonum immortalis est, ceteris omnibus, quae mortalia, & transitoria sunt, praefertur. O si hac aesti- mationis aequitas in humanis animis vigeret, quam brevi extirparentur peccata omnia! unde est, quod homines per illicitas artes delictorum fatigant? unde est, quod pro modica voluptate animam demoni vendant? unde est, quod pro vili studio salutis renuntient? unde, nisi ex hoc praeposito ordine, quod plus aestime- tur corpus, quam anima? praefertur terrena caelestibus, peritura aeternis? Dubitatis de hac veritate, Auditores?

2. *Propositio.* Ergo convincam, ostendam- que, quam turpiter in mundo videtur justitia in locuta rerum aestimatione, dum ea, quae transitoria sunt, magno cum studio, ac sollicitudine curantur; ea vero, quae concernunt animam, negliguntur. Erat hac salutis admonitio nobis in cautelam, ut nos ab ac-

cu.

cusatione, quam Spiritus Sanctus mundo com- minatur, securos reddamus. Favete.

Bona homini tripliciter generis.

3. *Divisio.* Bona omnia, quae homo in hoc mundo possidet, ad triplicem classem reduci possunt: sunt bona animae, bona corporis, & bona fortunae. Jam in eo versatur totius rei cado, ut anima principem locum, alterum corpus, tertium bona fortuna teneant. Aestimandum sunt bona fortunae, sed minus, quam corpus; aestimandum est corpus, sed minus, quam anima. Ita justitia exigit: Verum pro dolor! hunc ordinem pervertunt miseri peccato- res, dum plerumque & corpus, & bona fortunae, animae antehabent. Demonstrato.

§. I. *Peccata plus aestimat bona fortuna, quam animam.*

4. *Confirmatio.* Ordiamur a bonis fortunae: Per hac nihil aliud intelligo, quam opes terrenas, sicut sunt agri, vineae, pecunia, quas industria, officio aut arte congregamus: item utensilia domus, aut pecora, vestes, instrumen- ta, artis, diaque. Quoties hac bona sollicitius custodiuntur, tenentur amantur, cautius asser- vantur, quam anima! Edic, mi Christiane, quoties e sacris cathedris, & tribunalibus ami- ce moneris, ut exteriores sensus, praefertim oculos, aureque in officio citate continens; quia sunt fenestrae, & ostia mentis; per quae mors animae, tanquam sicut intrat, nihilominus vilius in periculosas formas incomposita curiositate evagari solet. Quod vero quis esse- set, qui tibi suaderet, ut ostium domus de nocte apertum, patulumque esse sinas, quid agis? abis hoc a me; ais, quia irrumpere possent raptores, & meis me pecuniis explo- rare. En mi bone: pro custodiendo peculio a depraedatione ostium claudis; pro custodienda autem anima a peccato, reverteris claudere sensus: nonne pro pecunia vigilantior es, quam pro anima? Edic, mi bone agricola: quam im- penso labore agros colis, & vineas, toto anno laboras, sudas, nunc in evertendo solo, nunc in putandis necemis, nunc in evigendis sepi- bus, taceo innumeratas alias industrias; quodsi vero pie admoneris, animam tuam esse vir- tutibus herilem, & peccatorum lolio plenam, necesse esse, ut tandem eradican- di vitii ma- num serio admoveas: quid agis? negligis pia monita, aut oggannis, jam nunc non vacare tempus. En, quomodo revera minus sollicitus sis pro anima, quam pro agris, & vineis.

Immo plus aspiant, quam animam.

5. Paucis hac foret lamentationis materies, nisi animam tuam minus pecudibus tuis, mi- nus asino tuo aestimares; ponamus tibi venire

nuntium, asinum tuum, pondere oppressum, humi collapsum, in lacuna haerere virium ex se solo impotem: quid agis? cito, relicti cae- teris omnibus, curris, festinas, prolapsam sub- levas. Quid autem agis, cum anima tua, in lethale crimen prolapsa, profunde in seculum fordibus demerita jacet? an ad sacrum tribunal eadem celeritate properas? nihil minus: vix cogitas unquam de remedio. O deploranda fo- cordia! exclamat Bernardus: (*serm. 14. in Cant.*) *Cadit asinus, & invenit, qui se suble- vat; cadit anima, & non est, qui manum apponet.* Plus dico: Minus animam tuam in pretio habes, quam vestem, quae indueris: Vis probationem? ponamus, quod penes so- cum astitens, ignitum carbonem in vestem tuam infillisse conspicias: quid agis? an cum carbone ludis? an diu in vestimento jace- re permittis? Nihil minus: cito citissime excidis, ne tunica rursus maculam inurat: quid autem agis, cum obscena tentatio, quae ex infernali cilibano igneus titio est, in animam infillit? heu! cum tentatione dico collidis, quasi volupe tibi esse, animam oratio stigma- te aduri. Nonne animam minus vestimento aestimas?

6. Prosequamur hanc veritatem: Vidi non raro cuntes ad proposita, ad mundanas, qui emebant, vendebant, negotabantur. Est, qui calceos emere cupit, & statim interrogat, an sint boni; alius tibialia, & statim interrogat, an sint bona; alius pileum, & statim interro- gat, an sit bonus: & sic de aliis quibuscumque mercibus loquendo: Ergone homo equum, & agrum, habitaculum, vestem, & omnia alia vult habere bona? ita est: O Bone Deus! in- gemiscit hic Augustinus, (*serm. de Verb. Dem. in Matth.*) cur non de anima aequalis habetur sollicitudo, mi Christiane, cur *solum animam vult habere malam?* cur non pari industria fa- tagis animam habere bonam? an anima tibi infra calceos, & infra tibialia, infra pileum, infra equum, agrum, & habitaculum vilescit? ubi ratio, ubi aequa rerum aestimatio? ubi jus- titia? Damnamus sepe injustitiam Jude pro- ditoris, cuius ipsimet rei sumus. Judas in ul- tima Cena a Salvatore audit: *quid fecit, fac- citur.* (*Joan. 13.*) quibus verbis, teste Theo- philacto, (*hom. 71. in Joan.*) in reprobum sen- sum datus, & Sathanae potestati traditus est. Tunc plane factus est Sathana, & traditur ei ut inmenabilis. Sanctus Ambrosius autem, hanc terribilem sententiam fuisse subminatam in proditorum non tam propter substantiam proditoris, quam propter modum: percipite explicationem: Cum penitens Magdalena pedes Christi lavit, & inunxit, obmurmuravit Judas, & unguentum recentis denariis aestima- re cepit: *quare hoc unguentum non vendit tra- ditur denariis, & datum est pauperibus?* quanto pretio taxavit unguentum: cum vero pro- rea ventum est ad prodicionem Christi, cum primo Judaeorum arbitrio reliquit, quid

salvi

culis mihi daret & edemum pro triginta denariis vendidit. O *Juda proditor*, exclamat Ambrosius, (*L. 2. de Spirit. S. c. 8.*) *unguentum trecentis denariis estimas, & passivum ejus triginta denariis vendis*. Hujus ejusdem injustitia, inquam, nonnunquam rei sumus; quia in truitina nostra plus ponderat temporalia, quam æterna, plus medicum lucrum, quam animam. Vidi nonnullos, qui propter damnum, & jacuriam unius floreni lamentabantur, ejulabant, e ius sibi vellicabant; cum vero per peccatum amiserunt gratiam Divinam in sacro tribunali, ne unam quidem lacrimam, ne unum quidem suspirium fuderunt, id quod satis indicio est, plus apud ipsos valere unum florenum, quam gratiam, quam animam. O impudentia! O injustitia! Vae vobis miseris, cum venerit *Parasceltus*, & arguet mundum de justitia. &c.

S. II. Corpus plus estimatur, quam anima.

7. Hec de bonis fortune: jam ad alterum orationis propositum progrediamur, videamurque, qua ratione bona corporis plus anima estimantur: per bona corporis intelligo vanitatem, membrorum integritatem, ipsamque vitam mortalem. O quanta cum sollicitudine custodiuntur hæc bona! Nonne veritimum est, mi Christiane, domum illam, in qua infirmus contagio morbo decumbit, ut non ingrediatur, etiam si sit amicus tuus intus? Ita est, inquis non ingredi, quid tum: cur ergo non pari cautela declinas hæc, aut illam domum, in qua anime tuæ scelerum peccatis affluit? monearis a Confessario, ut illa conventicula, illas choreas, illas occasiones fugias, O tum perfricte respondes: non possum abesse sine honoris dispensio, amicus me invitavit, vitio mihi verteretur, si emanarem. O bellam excusationem! ubi agitur de morbo corporis, fugis periculum, non attenta quavis amicitia: ubi autem sermo est de pelle, & levitate subis periculum. O mendaces filii hominum in frateris! vae vobis cum Spiritus Veritatis arguerit mundum de justitia: verum ulterius promoveamus argumentum.

Corpori omnia tribuuntur assuenter. Anima autem parte & tenaciter.

8. Loquamur parum de operibus illis, quæ a Spiritu magistis supererogatoria vocantur, & sunt illa, quæ quidem sub præcepto non obstringunt, nihilominus vel majoris securitatis, vel majoris perfectionis gratia ultra eliguntur, uti sunt voluntarie carnis afflictiones, meditationes, Sacramentorum frequentior usus, & similia. Jam si quando ad ejusmodi operibus admonetur Christiani, si excitantur, ut sapius Divino Epulo accumbant, statim opponunt: *Non tenent*, hoc pertinet ad monasteria, non est necessarium ad salutem. Ego, ut

ais, mi Christiane: cur autem pro corpore multa facis, quæ non sunt necessaria ad vitam? nonne posses solo pane, & aqua visitare? cur ergo exquisitis cibis, & delicato vino uteris? nonne posses hirsuto panno indutus incedere? cur ergo poltissimas vestes ex panno subtili, aut serico utar? respondes forsitan, cibos delicatior non quidem esse necesarios, nihilominus esse conducibiles ad sanitatem; item in vestibus te debere amulari morem hominum mundanorum. O responsosem, quæ tibi aliquando in iudicio ruborem excutiet! Ergone cum de corpore agitur, non vis sequi regulam puræ necessitatis, sed attendis etiam ad ea, quæ conducibilia sunt? contra, cum de anima sermo est, nihil vis agere ultra ea, quæ ad salutem necessaria, & stricte obligatoria sunt? Item in vanitatibus desideras amulari mores mundanorum; in rebus facis autem te in minimo quidem vis amulari mores hominum fœdiorum? O perversitatem! O injustitiam! pro corpore in omnibus quaeritur major securitas, maior commoditas, pro anima attenditur sola necessitas. Vae vobis, cum Spiritus Veritatis arguet mundum de justitia. Neque dicas, mi Christiane, tibi non suppetere tempus ad ejusmodi opera supererogatoria; frustra enim obtrudis familia; nonne tibi suppetit tempus ad lusus, ad comedias, ad jocos, ad visitationes inutiles, ad convivia, ad somnum immoderatum? O! si serio velles, non tibi certo fat temporis foret ad Sacramentorum frequentationem, ad negotium salutis: hæc excusationem profecto refutabant tot otiosæ horæ, quas perdidisti; refutabit ipsa tua suppellex, quam undequaque bonam, ac splendidam comparasti; refutabit tuum corpus, cui nutriendum, amando tot horas impendisti: si enim fat temporis habuisti ad ea, quæ inferioris ordinis sunt, cur non tempus habere poteras ad animam, quæ inter omnes curas principum locum tenere debebat? ita Augustinus; (*Serm. 12. de Verb. Dom.*) *Tam cito vite interpellant contra te Dominum tuum: ecce bona tua tanta, & ipse malus es. Quid ei prodest, quod habet, quando eum, qui omnia dedit, non habet?* &c.

9. *Epilogus*. Agite igitur, mei Christiani! discite justitiam mentis, discite equam rerum æstimationem, & ordinem. Amari quidem possunt bona terrena, sed ante omnia principum locum tenent anima: amentur bona corporis, sed prius anima: amentur bona fortuna, sed prius anima. Ita fiet, ut contra terribilem excusationem Spiritus Veritatis, quam mudo circa justitiam intendant, securi in iudicio stare, & dicere possimus, Domine feci iudicium, & justitiam, non tradas me calumniantibus me. (*Ps. 118.*) Amen.

Dominica IV. Post Pascha

CONCEPTUS III.

De quarto Remedio peccati, nempe fuga otii, & amore honestæ occupationis.

Vado ad eum, qui misit me. Joan. 16.

EXORDIUM.

Dei Filius a primo adventu in mundum usque ad adventum semper in laboribus.

1. **I**terantes, qui in distitas regiones peregre abeant, authentica testimonia, ac credentiales litteras locum deserunt, quibus gentes, ac populi, ad quos perveniunt, de vitæ, artis, ac professionis suæ conditione edocentur. Viam quidem magnam habent hæc litteræ commendandi peregrinum: nihilominus aliter visum est Romano Catoni; is enim, (*Engelgr. Dom. Sæ. 22. p. 2.*) dum Cenforis munere fungebatur, peregrinorum qui ab exteris regionibus adventantes, Romam civitatis municipium sollicitabant, non tam testimoniales scripturas inspiciebat, quam manus: cur manus? si manus erant nitidæ, ac molles, rejiciebat hominem, tanquam otio assuetum, & Republicæ perniciosum; si vero erant duræ, ac callosæ, civitate dignum censebat, tanquam laboribus deditum. Christus Dei Filius post peccatam vitæ mortalis peregrinationem hodie indicat Apostolis suum abitum ad Patrem: *Vado ad eum, qui misit me.* (*Jo. 16.*) An etiam testimoniales litteras in cœlestem civitatem secum detulit? omnino: detulit eas, quæ in domo Nazarethana erant conceptæ, Bethleemi primo in lucem editæ; ac tandem in officina montis Golsothæ signatæ, id est, detulit secum sanctissimum corpus, mille vulneribus fauciatum; ostendit Patri manus pertusas, ac dicere poterat cum propheta: ecce vixi in laboribus a juvenute mea. Testari æternæ veritatis oraculo possit, opera sua in infantia fuisse gemutus, suspiria, vagitus; in pueritia se una cum Patre adscituro officina fabrilis operibus insudasse; in ætate autem virili prædicando civitates, oppida, castella percurrisse, miracula patrassè, sanitate corporibus, ac animabus consultasse; verbo; per omnem vitam nec momento unquam fuisse otiosum. Exemplum Christi Domini secuti sunt homines sancti, & præ primis sanctissima Dei Mater, de qua Marcus Marulus (*in Cathoicis. Historial. de acedia c. 6. tit. 22. Exemp. 1.*) testatur, quod hunc ordinem diurnum constanter servaverit: a primo mane usque ad horam tertiam precatioes extendit, a tertia usque ad nonam lanificio se occupavit, inde sumpto cibo usque ad occasum solis lecturavit Scripturas, & in earum meditatione pernoctavit. Apostoli quoque illud tempus, quod a prædicatione Verbi Divini habebant vacuum,

operi manuali tribuebant: *Laboramus*, ait Vas Electionis (*1. Cor. 4.*) *operantes manibus nostris*. &c. Verum quem in finem ista omnia percesco?

2. **Proposito**. Dilectissimi Auditores! In ea adhuc versamur materia, quæ decrevimus peccato remedio dare. Audivimus remedium tale efficax esse Timorem Domini, esse fugam occasionum, esse resistentiam initis tentationum. Hodie ad quartum progredimur, quod demonstrare propoli, remedium peccati salutare esse fugam otii, & amorem honestæ occupationis. Tolle ex orbe otia, & maximum peccati fontem sustulisti. Favete.

Homo ad laborem natum.

3. **Confirmatio**. Labor, & honesta occupatio adeo homini conveniens est, ut ex ipso suæ creationis fine ad laborem natus, factusque videatur: *Tulit Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, custodiret illum*: destinatio Protoperatum non fuit, in paradiso otiosi, sed operari, & laboribus invigilare: idem finis est omnium Ade nepotum dicente S. Job. (*c. 5.*) *Homo nascitur ad laborem, & avis ad volatum*: Quemadmodum igitur avis ad volatum inepta, monstrum est; quia a naturæ suæ ordinatione desecit: ita homo otiosus monstrum est; quia sine creationis suæ repugnat. Nulla est creatura, quæ non continuo labore sit occupata: si intuemur solem, lunam, ac lydera, videmus, quod irrequieta gyratione circumvolvuntur: si intuemur terram, videmus, quod ad animalium sustentationem multiplicis generis herbas, radices, arbores, ac plantas progerminat: si oculos in animalia, in equos, boves, asinos conjicimus, videmus, quod laborando, & arando onera ferendo homini deserviant. &c. Hæc ubi prolixo discursu Sanctus Augustinus (*Serm. 27. ad frat. in Erem.*) amplificat, tandem pro coronide subnectit: *Omnia sub obedientia sunt, omnia agunt, quod agere debent: solus homo a suo officio frequenter recedit, & Dei imaginem in se deturpani, in acedia perseverat.*

Res etiam inanimatae sine labore corruptuntur. Ita homo otiosus sit vitiosus.

4. Quanta autem malorum seges ex hac ipsa vitæ desidia oriatur, id certe in his ipsis creaturis clare licet percipere: Aer, si nullo ventorum motu ageretur, corrumpitur, & virulentis contagionibus humanum genus inhiat: terra, si nec vomere, nec sarculo scindatur, tribulos, ac spinas parturit. Aqua, si continuo in lacunis stagnet, putrescit, ac insecta turpissima nutrit. Equus si in stabulo otiose saginatur, torpescit: instrumenta musica, si non tractentur, dissonantiam contrahunt: gladius in vagina rubignat; navis in portu verminat. &c. Patrem in modum, si homo inertis desidia distat, nec honesto labore occupetur, turpissimos

mores, omniumque scelerum putredinem con-
fedit. *Multum molliam ducit otiositas*, ait Ec-
clesiasticus. (c. 32.) Offendite mihi homines,
qui mane circa otivam lente e plumis se pro-
volvunt, tum inter primas curas de jentaculo
quaritur, procedit foras, ad appetitum provo-
candum non nihil obambulat, quae nova pargan-
tur, apud domos explorat, deinde prudendi
causa domum redit, mox somno meridiano
decumbit, postea lequatur diem charitatum,
aut taxillorum lusui consecrat: interim libros
omnes, calamos, dolabras, malleos, aratra, &
quavis suae artis instrumenta cane pejus, & an-
guedo: talem, inquam, hominem mihi osten-
dite, & ego cum S. Chryostomo (hom. 35. in
Act. Apost.) indubitanter dicam, esse impium,
esse sceleratum. *Talem facile excitat ira, & con-
cupiscentia, & invidia, & omnia.* Sc. Circuite
erbem univertum, & patibula, rotas, rogos,
triremum transita, ac infames catastas intui-
mini; videbitis, haec justitiae punientis scho-
lam non habuisse alios discipulos, quam otio-
sus. Unde factum est, quod ille fur, qui ibi
e furca pendet, cleopae adeo manus habuerit?
fuit otiosus: unde factum est, quod ille latro,
qui ibi rota innexus jacet, ex rapinis, & la-
trocinis, vixit? fuit otiosus: unde factum
est, quod infamis illa pellex, quae virgini sciv-
itate fuit pulla, obsceno quatuor pudicitiam
venalem prostituerit? fuit otiosa. Sc. Interro-
ga, mi Christiane! de mille aliis sceleribus, ac
sceleratis, & milles tibi respondebo, fuit otio-
sus, fuit otiosa; indubitanter enim cum S.
Chryostomo (hom. 36. in Math.) persuasus
sum: *Omnium vitiorum quasi Magistra quaedam,
atque origo est otiositas.* Sc.

5. Quae, unde Idololatria, scelerum omni-
um maximum originem duxit? ex otio: cum
enim Moyses, in monte diu versatus inter ora-
tiones, & colloquia cum Deo, tabulas Decalo-
gi reciperet, interim populum, in valle desidia
diffuens, vitulum constillem fecit, cique Di-
vinos honores detulit: *Secis populus*, inquit
Scriptura, (Exod. 37.) *manducare, & bibere,
& sursum ludere*: neque mirum: ubi enim
sedetur, ubi manducatur, ubi bibit, ubi
otio vacatur, facile ad turpissima quavis fla-
gitia confluxit. Incidenter hic vellem autem
vellicare illis parentibus, qui liberos a teneris
negligunt labori assuefacere, nec honeste arti,
aut officio tractando applicant: O quantum
malorum illi causa sunt? praeterquam enim,
quod proles suas in egestatem, ac miseriam cor-
poralem consiciant, juxta illud Salomonis
(Prov. 20.) *Piger arare noluisti: mendicabit ergo:
multoties etiam illas videbunt antia tenuis mi-
seris, sceleribus plenas, lufibus, furtis, ac
pradationibus deditas, & denique patibularias
appendices. Verum sic hoc alius: nunc propo-
sito adhaeremus.*

6. Quamquam autem otium vitiorum omnium,
specialiter tamen impudicitiae Mater est; sicut

enim cognata sunt vitia mentiri, & furari jux-
ta vulgare proverbium: *Blenfca mihi menda-
cem, & ego tibi furem monstrabo*: ita conjuncta
sunt nihil agere, & male agere, otiosi, & lu-
xuriae frana laxare. Hinc S. Bernardus (serm.
51. de modo bene vivendi.) otium tentationum
& cogitationum malorum colluctum, summam
mentis malitiam, malorum omnium sententiam,
& mortem aptum nominat: *Quali tibi ait: Luxu-
ria, cito desipit hominem otio deditur, & gravi-
us vult, si quem otiosum invenit in iustitia, &
labori cedit.* Non opus est hanc rem exemplis
firmare, quorum millena sunt. Nonne Viri alio-
quin sancti, ac sapientes, cum otio se commi-
serunt, turpissimam carnis labem contraxerunt?
quis erat David? Vir sanctus, Vir secundum cor
Dei. (2. Reg. 1.) & tamen in adulterium infeliciter
prolapsus est: qua de causa? Otium tanto sceleris
homicem ministravit; cum enim eo tempore,
quo soleat alias Reges ad bella procedere, domi
steterat, vidit, ac concupivit, quam non do-
bit, vitam deperit, ac perit: ad hunc ca-
sum nunquam venisset, nec tam enormia sceler-
a patraisset, si illo tempore rem aliquam regia
magnificentia dignam egisset. Quis erat Salo-
mon? Regum Sapientissimus. (3. Reg. 11.) hic
quandiu occupatus erat in adificatione templi,
luxuriam non sensit; postquam vero crepit ob-
sciscere, & otiosi, gentilibus feminis adhaerit,
inque depravatus est, ut, relicto vero Deo,
idolis gentium sacrificia offerret. Quis erat
Samson? hominum fortissimus: dum praesulian-
tens cum Philistinis pugnavit, ab hostibus
capi non potuit: (Judic. 16.) quamprimum vero
otio distulere respicit, & amore lenium in ejus
suaum se concessit, turpiter prostratus, captus,
& neci consignatus est. O detestandum otii pe-
riculum, quam turpi habe viros clarissimos con-
spicualti! O quam vere, & bene Diogenes,
teste Laertio, (lib. 6.) edixit, otiosorum nego-
tium esse amorem carnalem! portentum enim
foret hominem otiosum esse, & castum reman-
ere. Cupit quis ab infami libidinis sagitta
esse illatus? fugiat otium, semperque laboriosa
occupatione se distineat, erit illatus: probatum
est: ita enim Poeta, *otio si tollis, perire
cognovisti aevum.*

Demoni ad homines otiosum liber patet accessus.
7. Quod quis rationem hujus rei fundamen-
talem edoceri desideret, sciat, velim, idem otium
esse incentivum impudicitiae, quia infemo-
li tentatori ad homines otiosos liber patet ac-
cessus. Quidam veterum Patrum vidit demonem
& fratris ejusdem cella modo egredientem,
modo ingredientem: rei novitate obstu-
pellatus, quaevis ex fratre, quid ageret? (Sa-
lusius 11. spec. p. c. 7.) deprehendit, tunc in-
gressum esse demonem, quando otiosus fuerat,
iterumque exiisse, quando laboribus honestis,
ac utilibus se occupabat. Ita nempe fieri abso-
let: ubi istius animarum insidiator hominem
laboriosum conspiciat, mox tergum vertit, & ad
lucro delipens; cum autem videt detitum, & ad
otio

otio torpentem, ibi retia sua expandit. Nun-
quam vidistis indolentem aucupis? quid agit ille?
capit aucupis: sed quando? quomodo? quan-
diu aviculae in nidis extenuendis, in ovibus ex-
chondis, in pullis nutriendis, in muscis capiendis,
in entibus modulandis solertes; ac indu-
stra sunt, frustranea sunt aucupis insidiae: ve-
rum cum ex aere se demittunt, a labore cessant,
in raecem salium, pabulo inhiant: tunc
enimvero facile in classes insidiatoris incidunt,
aut sagittis consurgunt. Eundem in modum
se res habet in presenti: quamdiu homo animi
potentias, ac corporis sensus honesta occupa-
tione habet detentos; in vastum recidit tena-
toris insidiae; cum vero inertia, ac torpore dif-
fluens, rebus inutilibus inhiant, facili negotio
in cassis demonis pertrahitur; hinc veteribus
insitar ad agi fuit, hominem laboriosum a mille
demonibus non posse superari; cum contra
otiosus ab uno unico levi brachio proflemitur.
Luhet hanc veritatem exemplo firmatam audi-
re, ex coque perspicere, quam bene demonem
inter, ac homines otiosos conveniat.

8. Sanctus Antonius, Florentiorum Archi-
episcopus, cum quondam hanc eadem mentem ur-
bem perambulabat, vidit sortitum, dum oculos
levabat supra pauperum domus fastigium An-
gelos passantes, ac tripudiantes. Obsupit San-
ctus, inquit, quis hominum eas ades in-
quirit, inquit, quis honestissimam Viduam
habitaret, comperitque, quam bene demonem
una cum tribus filiabus ibi morari, tanta in
paupertate, ut summa rerum inopia preffea, la-
borum manum vitam aere sustentaret. Condo-
luit tantae inopiae Archi-episcopus, & prout in
omnes indigentissimas pauperes erat beneficium,
ita in hanc viduam, ac filias profusus, crimi-
num replet liberali auro, mittit ad Matrem,
horaturque, pegerent lanam, ac linum texe-
re, sanctis operibus inherere, ac Numinifer-
vicia profsequi, se non minus pertractum cu-
ram gerere pro earum sustentatione. Verum
quis credat? sancti Viri liberalitas hanc vice
mulerulis illis in venenum cecit; cum enim
filias egeret, dissident, jam omnem curam in ve-
stium lusu convertent, omisso labore, tota
die sub fenestris excubant, & in omnem vi-
cinam proceas oculos emittent; unde paulo
post factum est, ut tres haec columbae in noctum
degenerarent. Contigit, ut sanctus Archi-
episcopus, paucos post menses eandem plateam obiens,
missis oculis delictorae illa Angelorum specta-
culo passere desideraret: sed ecce, scenam ter-
ribiliter mutatam: vidit in teo ad demones cho-
rosos, ac tripudiantes: Invenit tragicae me-
tamorphosae ac mirae, qui explorant, quid in
adibus illis aegeret, comperitque, filias, quae
antea die nocturne laboribus insudabant, jam
otio torpescere, & quod ex otio confectaneum
est, rebus amantissimum operam dare: quapropter,
igni fontemum subtraheret, liberales manus
salubriter retraxit, malisque filias pauperum vi-
ram cum Angelorum consorcio, quam vidit, &
otiosum cum demonum applausu ducere. &c.

9. Epiphanius. Agnoscis, mi Christiane, quid
otium noceat? vides, quam apprine in rem
diaboli faciat? quapropter pro coronide moneo
te cum S. Hieronymo: (apud Lahn. in Bibl.
V. Oriam. §. 3. n. 7.) *Facite aliquod spiritus,
ut se semper diabulo inveniatis occupatum.* Si te
occupatum invenierit, securus eris ac ejus in-
fidius, securus a peccatis. O quoties ingemi-
ficus diabolici tentationibus, quoties fere ad
pustillanimitatem redigeris a naturae concupi-
scentiis, & perveris oculi suggestionibus! vis
remedium? Remedium postulavit a Deo ma-
gnus eremi incola Antonius: & quomodo im-
petavit? non aliud, quam illud ipsum; e
celo enim vocem audivit: *Antonius cupit Deo pla-
cere? ora, & dum orare non poteris, manibus
labora.* (S. Aug. serm. 17. ad frat. in Erem.)
O Christiane, vis placere Deo? vis ab omni
peccato esse immunus? ora, & labora. Quomo-
do laborandum sit, hoste audivimus, quomo-
do orandum, post otium audimus, Amen.

Dominica V. Post Pascha.

CONCEPTUS I

Cur preces nostrae, ac orationes ad Deum
sape non exaudiuntur,

*Siquid petieritis Patrem in nomine meo, da-
bit vobis.* Joann. 16.

EXORDIUM.

Oratio vestra saepe deserviosa est.

1. Romani olim, teste Plutarcho, Lega-
tiones miserunt in Bythiniam, ad
quam elegerat ex populo civem, sed ralem,
& illusterratum; ex exercitu militem, sed me-
diculum, ac fungum; ex senatu senem, sed
chyragra, ac podagra laborantem. De hac le-
gatione jocosus Cato distille ferunt. Legatio Ro-
manorum nec habet caput, nec cor, nec ma-
nus, nec pedes. Christiani Auditores! adhae-
scitima rogationum, qui in Caelum Legatione
mittimus, & pro necessitatibus nostris per-
noramus. Putatis, quod rogata sumus impetra-
turi? spero, quom optime: Deus enim merra-
bonitas est, & delectatur, si se homini max-
ima cum liberalitate communicare possit: pra-
terea diserte promittit: *Siquid petieritis Patrem
in nomine meo, dabit vobis.* (Jo. 16.) Quae sig-
nifica causa subest, quod multi in afflictionibus suis
clament, nec exaudiuntur? Moyse, illum Deum
interui; David exterrere templum; Iudas Vedibus
inceptatum curare; Elias mori, voluissent, &
non impetraverunt: ita multi hodieum, Beati-

tionem Divitum implorat, & infortunis obruntur? &c. Quae causa subest alia, nisi quod Oratio nostra sibi dem sepe defectibus laborat, quibus Legatio Romanorum.

2. *Proposita.* Nimirum Oratio nostra capite deficiat, cum rem inutilem, infantilem, aut nocivam petimus; cor non habet, cum confidentia caret; manibus desituitur, cum opera non consentiunt; pedes non habet, cum perseverantia desit. Id, quod in praesentiarum diductus ostendendum proposui. Favete.

Deus semper paratus est audire nostras orationes. Cur ergo non obtinemus, quod rogamus?

3. *Confirmatio.* Terreni Principes haud facile possunt conveniri; non exorbitantes introeunt repellunt; nunc dicitur esse tempus caene, nunc fopni, nunc negotiorum &c. Aliter se res habet apud Dominum Deum: quovis tempore conveniri potest, inquit Chrysothomus. (*hom. 4. de Patr.*) Non effugit miles, qui caespitem, vel foveam, qui tempus interruptat, non est, qui dicit: non est tempus audire, veni postea. Sed quando venit, fiat audire, est tempore gaudii, est tempore carnis, est tempore iustitiae. Semper potes eum interpellare, necque opus est ianitoribus, qui te introducant. &c. Quod si tam facili interpellatio Numinis, & quidem tam propositi, pronique ad miserandum, unde tot micriae in mundo? cur saepe caelum ferreum, furdumque videtur in afflictionibus nostris? audite rationes.

§. I. *Primo, quia petimus rem noxiam.*

4. Prima ratio est, quod Oratio nostra non habeat caput: saepe enim rem profus nocivam, aut inutilem petimus: imaginamini vobis agrum, qui calida fere affluens, supplicii clamore frigidam postulat: an exaudit Medicus? nequaquam; perire enim novit, aegrotanti haullum instat veneni fore; Non audit Medicus ed voluntatem, sed audit ad sanitatem, ait Sanctus Augustinus in (*Ps. 1.*) Imaginamini vobis dilectum prae ceteris filiolum, qui plorans, clamanteque a Matre cultum petit: an annuit Mater? nequaquam; potest enim impudens proles vulnus tibi impingere, aut oculum laedere: ita Chrysothomus. (*hom. 2. in Alla.*) Tunc calcata, quod conceptum, ostendimus ei manus solutas dantes: ecce non habemus. Advertis, o Christiane, cur saepe ad raucedinem usque in caelum clamet, nec tamen exaudiatur? Dominus Deus Medicum agit, Matrem se exhibet erga te; cum enim ex una parte infinitis plus amet te, quam tu ames teipsum, ex altera parte, quam optime noceat, quid tibi proficit, quidve noceat, pro certo habe, non esse ad utilitatem tuam, quod tibi denegat. Rogat aliquis honores, dignitates: Deus negat: quia praevidet, eum intulimibus honorum fastigiis perversum ita, veluti Davidem, (*2. Reg. 11.*)

qui pastor quidem probus, Rex autem impius fuit. Rogat alius divitias, Deus negat: quia praevidet has roganti nocturas, sicut nocuerunt diviti Epuloni. (*Luc. 16.*) Rogat carptivus libertatem, Deus negat: quia praevidet, eum fore instam suum prodigi. (*Luc. 15.*) Rogat ager sanitatem, Deus negat: quia gratitudo illi prodicit, sicut profuit Abimelech, ne corrumperet Saram. &c. (*Gen. 10.*) &c. Hinc in precibus ad Deum suis bene advertenda est illa differentia: vel enim petis a Deo aliquid, quod concernit animam, & aeternum est; vel aliquid, quod corpus concernit, & temporaneum est: si primum; oratio fiat *absoluta*: Domine, da veniam peccatorum, conferva me in tuam gratia, custodi me ab insidiis diaboli, concede mihi finalem perseverantiam &c. Si Secundum; Oratio laudenda est *conditionata*: Domine, redde mihi sanitatem, si condat ad meum salutem; compescit maledicentiam detractorum meorum, si mihi profuit ad virtutem; da mihi divitias, si tibi placeat &c. &c.

§. II. *Secundo: quia non habemus confidentiam.*

5. Secunda ratio, cur nostra oratio faepe caelum obfurdet, est, quia non habet cor, volo dicere, quia filiali confidentia desituitur. Sunt aliqui, qui ideo timido, ac dejecto animo Deum implorant, ut semper in corde cogitent, *ab! Deus meus non me exaudiat*, adeoque quasi habitant, an Deus possit, aequaltem, an velit invocari optulari: per primum injuriam faciunt Potentis, per alterum Misericordiae Dei: hac timiditas, aut diffidentia sumopere displicet Deo, & inefficacem reddit orationem. Haec de causa Christus Dominus, in oratione instruens Discipulos, signare meminit: *Omnia, quaecumque oraverit petierit, credite, quia accipietur.* (*Marc. 11. 24.*) *per hoc credite autem specialem confidentiam in Dei Bonitate collocandam vult insinuare. O quam pauci hac confidentia muniti sunt!* cum infinitis premuntur, non ad Deum, sed ad humanam recurrit auxilia; quid mirum, si afflictione opprimantur? Rex Alfa in infernitate sua mortuus est: (*2. Paralip. 16.*) quid? ille mortuus, qui Medicorum plenti caetera erat stipatus, cuius *testulus ignis erat ornamentum*, & *urgentes meretricibus, quae erant dignamentorum arte confecta.* Ita est, mortuus est; hoc ipso enim dignus erat, qui pariter, quia *ne infirmitate sua quatuor Dominum, sed gelus in Medicorum arte confusus est.* Utinam solus esset Rex Alfa, qui ex defectu confidentiae, in Deo collocata, interit; sunt hodiecum, qui in armis, ac infirmitatibus, ad amicos, ad archiatros, ad pharmacopaeas, ut omnino ad ariolos, ad pythontias, ad vetulas superstitiones, ad rhythos incantatorios, ad Deum Accaron confugiunt, & tam demum ad Deum supplices manus tendunt, cum caetera omnia desperata sunt remedia: O quoties hajalmodi homini-

bus exprobrari posset, quod sanctus Hilarion exprobravit illi caecae mulieri ad se adductae, & conquerenti, ve omnem substantiam expendisse in Medicos: cui Sanctus: si qua in Medicis perdidisti, dedidisti pauperibus, curasset te verus Medicus Jesus. &c. (*S. Hieron. in Vita S. Hilarion.*)

§. III. *Tertio: quia opera non consentiunt orationi.*

6. Tertia ratio, cur oratio nostra nihil efficiat, est, quia non habet manus: hoc est, quia opera nostra non consentiunt orationi. Mulier Chananae prolixè rogavit: *Domine, miserere mei,* & repullam tulit: repetit clamorem, repetit Christum repullam. O infelix mulier, quamdiu incassum rogabis? nempe ramdiu, donec rectam, ordinatamque instituas orationem. Ergo iterum repete preces: repetit illa, clamans: *Domine, adjuva me.* (*Matth. 15.*) & ecce: his verbis permotus Dominus in vota annuit: *Fiat tibi, sicut vis.* Quare hic, cur antea exaudita non fuit, cur nunc secunda vice exauditur? Nimirum prima vice solam misericordiam imploravit, nec suam cooperationem appromissit; altera autem vice clamans, *adjuva me,* satis indicavit, paratam se esse, etiam quod ex parte sua est, cooperandi: ita in hunc locum advertit Paladius: (*in Matth. 15.*) *Mulier dicit, adjuva me: non dicit, ius tuae, fac, presta.* En, Christiana anima, clamare non fufficit, sed requiritur etiam cooperari: *Exigit Deus a vobis materiam, cui praestet ipse formam.* Materia sunt nostra opera, forma est Dei gratia. Quid prodest, siquis magna cum contentione in caelum clamet: Domine, libera me a sarcina peccatorum, interim non fugiat occasiones pravas? quid prodest, siquis clamet: Domine, da mihi panem, & sustentationem convenientem, interim otio, ac desidia torpescat? quid prodest, siquis clamet: Domine, conferva mihi segetes, campofque immunes a grandine, pruinis, & tempestibus noxiis, interim aliena detineat, quod debetum est, non praestet, aut mille iuramenta contra Superos sperat, sicque iram Dei de caelo provocet? &c. frustranea est oratio, quae factis non concordat. &c.

§. IV. *Quarto: quia desit perseverantia.*

7. Denique inefficax est oratio, cum pedibus, volo dicere, cum constantia, ac perseverantia caret: quam casuam subesse putatis, quod Christus Dominus inter tot agros solam coniecit oculos in languidum, qui triginta octo annos habebat in infirmitate sua: causa erat illius perseverantia: per tot annos nunquam desperavit, nunquam conquestus est, nunquam interrogavit: quando sanabor? sed expectavit, donec Deo placeret eum sanare. Subintrat hic Chrysothomus, (*hom. 37. in Jo.*) & severe in nos invehitur: *Pudeat nos, si vel decem dies orationibus invigilantes non exaudimur, iam tepesimus, si Deus non sine mora promptus, paratufque sit ad exaudiendum, ani-*

mo cadimus, spem amnem abscimus. O Christiana anima; non famulus tuus est Deus, sed Dominus; famulo, si bis vocaveris indignaris; ad Deum rogandus est: perge, instat, obsecra: non exauditis repete preces; interdum enim importunitate expugnari vult Deus, id quod ipsemet insinuat per Evangelium, quod his rogationum diebus legi solet: amicus, qui media nocte ostium pullans, petit tres panes, si perseveraverit pullans, utur non propter amicitiam, certe propter importunitatem impetrabit. &c. (*Luc. 11.*)

8. *Epilogus.* Agite ergo, Christiana pectora: haec norma sit nostrae orationis hac septimana frequentanda. Absit a nobis, ut noxium quid, aut inutile petamus. Absit abique filiali confidentia ad Deum clamemus. Absit, ut opera nostra non conveniant orationis intento. Absit, ut statim pusillanimes sine constantia, ac perseverantia oremus. Ita spero, verum fiet Domini promissum: *si quis petierit Patrem in Nomine meo, dabit vobis.* Amen.

Dominica V. Post Pascha.

CONCEPTUS II.

Quomodo orationem constitutam esse oporteat, ut sit efficax ad impetrandum.

Præite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Joan. 16.

EXORDIUM.

Supplicationes Deo factae debent esse sine macula.

1. Siquis subditorum, a Principe suo beneficium rogitans, in supplicii libello crassum quemdam errorem admittit, exempli gratia, si charta spurcetic, ac lituris sit foedata, si stylus orationis sit obscurus, & intelligibilis, si petat rem iocularem, & indecentem, si plane petita impetrandi nullam sibi spem facere poterit: favores enim Magnatum non sunt adeo facile parabiles, ut non exactam in supplicante industriad, submissionemque exposcant. Dilectissimi Auditores, jam in eo est, ut Domino Dominorum, ac Regi Regum supplicem libellum praesentare debeamus; hunc in finem, hac inunte septimana, Ecclesia insinuit supplicationes, hortaturque verbis Evangelii: *Præite, præite!* omnia enim bona, quibus in hoc mundo fruitur, a Deo, tanquam bonorum omnium fonte, emendicare debemus; cito exarcesimus, nisi ab hoc fonte salutaribus gratiarum pluvius irrigemur. An putatis, nos exaudituros? confido equidem; statim enim post verbum *præite* addit idemmet Evangelium: *Et accipietis.* Deus liberalissimus, ac munificentissimus est Dominus, gaudetque, si suas Bonitatis immensas divitias in nos effundere valeat. Percurrite totius Scripturae seriem universam, & videtis via unquam

q. am Dominum Deum rogantibus populum deesse, nisi defectus forte fuerit ex parte supplicantis. Quin immo videbitis, Deum ea, quae rogabantur, temper cum abundantia, & multipliciter praestitisse. Petiit Ezechias incolumitatem ab hostibus (4. Reg. 19.); dedit Deus, & insuper inauditam inimicorum fugam adiecit. Petiit Salomon sapientiam (3. Reg. 3.); dedit Deus, & insuper innumerabiles divitias ei contulit. Petiit servus Evangelicus dilationem debiti; dedit Dominus, & insuper ultra spem supplicantis debitum illi omne remisit. Haec cum ista sint, quid ergo frequenter contingit, multos supplicantes inexcusatos recedere? petitaliquis sanitatem, & morbo oppetit; petit alius agrorum fecunditatem, & legetes grandine percuntur &c. Dilectissimi! defectus ex parte nostra est, supplicatio est mendosa, ait Jacobus Apostolus: *Petit, & non accipit, eo quod male petit.* (Jac. 6.)

Quomodo oratio constituta esse debeat.

2. *Proposito.* Quapropter, ut non infructuose sint nostrae supplicationes, ostendam, quomodo oratio efficax, & imperatoria constituta esse debeat, idque tripliciter, nempe, ex parte subjecti, quo rogat, ex parte mundi, quo rogat, & ex parte rei, quam rogat. Magni momenti est hac disseratio: attendi estote, favete.

S. I. Primo, orans debet esse in statu gratiae.

3. *Confirmatio.* Primo igitur, ut oratio sit Deo accepta, ex parte subjecti orantis requiritur, ut sit in statu gratiae; & cor habeat a peccatorum sordibus immune: cor orantis se habet instar thuribuli: si hoc sordibus, amara, pilorum odorem exhilabit? parem in modum, si cor orantis impuris seclerum foetoribus repletum sit, fieri aliter non potest, quam ut talis oratio a Deo nauseabundis naribus excipiatur, hac de causa, existimo, desideravit David: *Dirigatur oratio mea sicut incensum, in conspectu tuo.* (Ps. 140.) Notate, sicut incensum, hoc est, sicut pretiosa aromata, & thus Sabaeum, quod nullum habeat admixtum foetorem. Duo fratres Cainus, & Abel obulerunt una cum sacrificio suas preces: quid factum est? *Respexit Deus ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain vero, & ad munera illi non respexit.* (Gen. 4.) Quare? quia Cain erat flagitiosus, Abel autem innocens: praeclear S. Cyprianus, *(testis de orat. Dom.) Non munera Deus, sed corda intuetur, ut ille placeat in munere, qui placeat in corde.*

Inimicus nihil impetrat.

4. Si quaeritis rationem ex natura rei, cur peccatorem non exaudiat Deus, dico, quia hostis, & capitalis inimicus est Dei: dicite obsecro, quaerit ex vobis S. Basiliius, *(in com. in c. 1. Ista.)* si quis truculentus homicida, postquam filium alienigenae unice dilectum occidisset, manus, adhuc filii sanguine cruentatas, ad patrem porrigeret,

veniam ab eo postulans, an exaudiri meretur? nequaquam sane: si veniam sperat, saltem prius crucorem de manibus abstergere debuisset! Quid est peccator, nisi crudelis latro Filii Dei? peccata enim nostra non solum conflantur amarissimum Passionem Divini Redemptoris, sed eandem hodieum renovant; quia peccator, quoties in lethale crimen consentit, toties, quantum est in se, rursus crucifigit Filium Dei. Accedendo dein ad orationem in statu peccati, quid aliud facit, quam manus tendit ad Deum Patrem, adhuc recenti sanguine Filii sui cruentas? quid mirum, si non exaudiat, & loco miserationis, Divinam indignationem referat? certe ejusmodi peccaminosis oratoribus indignabundus Deus respondisse videtur illud Propheetae: *Cum multiplicaveritis orationes vestras, non exaudiam; manus enim vestrae sanguine plenas sunt.* (Isa. 1.)

Præterea falsificat orationem Dominicam.

5. Sed & alia ratio subest, cur peccatorem non audiat Deus, & fundatur in eo; quia videlicet tota oratio Dominica, quae omnium orationum princeps, & primaria est, inutiliter profertur a peccatore, & in omnibus petitionibus quasi falsificatur: dicite, qua fronte dicere potest peccator, *Pater noster*, postquam transgrediendo praecepta Domini, desit esse filius Dei? qua fronte dicere potest *Suscipite nomen tuum*, quod ipse verbis, aut saltem factis blasphemet? qua fronte dicere potest, *adveniat regnum tuum*, cum paulo ante huic regno per peccatum renuntiarit, & nunc in corde illius regnet peccatum, & diabolus? qua fronte dicere potest, *fiat voluntas tua*, cui ille per voluntatem propriam contrariatur? qua fronte dicere potest, *panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, cum ille panem suum, elurienti frangere recusat? qua fronte dicere potest, *dimitte nobis debita nostra*, cum non facit id, quod sequitur, *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*? qua fronte dicere potest: *Et ne nos inducas in tentationem*, cum ille pergracando, litigando, luxuriando, pravas occasionis frequentando, seipsum in mille tentationes inducat? qua fronte dicere potest: *Sed libera nos a malo*, cum ipse non fugat malum culpae, & sic quotidie mereatur malum prenz? En, tota oratio Dominica, a peccatore prolata, sibi ipsi contradicere: an putatis, Auditores, orationem tali ratione mendacem Deo acceptam, & oranti proficuum fore? nulla ratione: non propitiat Deus, sed magis irritat. Quare, mi peccator, consilium meum amplectere: vis orare, & a Deo Divina beneficia impetrare? prius animam a sceleribus per Confessionem emunda, aut si opportunitas non ferat, saltem contritionem una cum proposito Confessionis elice; non enim cuiuscumque orationi suam misericordiam promittit Deus, sed orationi iusti: *Si transferit*

in me (per gratiam) & verba mea in vobis manserint (per timorem Domini) quaecumque volueritis, petitis, & fiet vobis. (Jo. 15.) Lapis quidam, Diacordicus dicitur, excellentissimas habet virtutes; si tamen in ore hominis mortui includatur, eas omnes amittit: ita oratio, est secundum se efficacissima sit, si tamen in ore peccatoris Deo mortui reponatur, inefficax, & ingrata est.

S. II. Secundus: oratio debet esse attentae.

6. Altera conditio utilis orationis se tenet ex parte ipsius orationis, & consistit in eo, ut fiat cum attentione, & collectione animi: hac attentio continua tendere debet, si non in verba singula, saltem in sensum verborum, aut si non in sensum integrum, saltem in finem orationis, qui semper est aut Deus ipse, aut res Deo gratia, pro qua oramus. Haec attentio pro dolor! multoties turbatur per distractiones, & evagationes animi ad res huc non pertinentes. Atque haec distractiones bene vocantur vermes, seu tineae orationis, quia cum intulem reddunt. Sed quaerere forte nonnemo, an omnia indiscriminatim distractio orationem vitiet? respondeo:

Quando per distractionem vitietur oratio.

7. Duplicis generis est distractio, prout explicat S. Basiliius, una quae ex fragilitate, altera, quae ex negligentia oritur. Prima illa ex fragilitate plerumque vitio phantasiae subrepat, quae instabilis est potentia, & nisi solertissime coarctetur, ex naturali volubilitate ad alia objecta evagatur, cum illud habet evagatio absque advertentia consistit; nondum vitiat oratio, dicitur S. Doctor *(confess. Monach. c. 2.) Si in se caris, ignoscet tibi Deus, quoniam non ex contemptum, sed ex infirmitate eo modo, quo par oras, coram Deo stare non poteris.* Altera distractio ex negligentia resultat, & est voluntaria; quia fit cum advertentia. Atque haec distractio si non quocumque abruptum, sine dubio orationem corrumpit, imo demeritoriam facit, dicitur iterum S. Basilii: *Si in oratione aliud agens animo minus attento sis, cum possis omnem a te repellere distractionem, vide, ne praesidentior tui consistere coram Deo, & tu fiat oratio tua tibi in peccatum.* Dantur Christiani, qui putant satis solerter se orationes suas perolvere, si fore solum verba blaesant, quamvis ceteroquin animo per totum orbem excurrant: loquuntur cum Deo, & nihil minus quam Deum cogitant: *Pater noster, quod et in castis: quado quid nunc domi facient mei famuli, ancilla, & domestici? sanctificetur nomen tuum, quid illis parabo in prandium? adveniat regnum tuum, quomodo rem agam, ut mihi bene succedat ille, vel iste contractus emptiois & venditionis? fiat voluntas tua, qua ratione licet mihi motam prosequar? pater noster, quod in castis, quale lucrum, faciam in futuris mundis? &c. &c. In id genus oratores acerbe invehitur Chrysostomus, iniquis: *(Rom. 16. in Matth.) curasti quidem genua, sed mens tua vegetat, corpus tuum intus, sed sensus Claus Spiciler, Concina, Pars I,**

foris; et quidem loquebatur, sed mens usque cogitabat, possessionem reddidit supplicat, discipulorum domorum videbat, amicum verba valebat, negligentiam intrucatur famulorum, mulierum speciem confabulabat. Quid ergo factu opus est, mi Christiane? percipe consilium: Abraham a Deo vocatus ad sacrificium, in pede montis Moriae dixit ad famulos, & expectate hic cum animo: *(Gen. 22.)* ita tu, cum Ecclesiam ingrediens, praeforibus dic ad tuas curas domesticas, expectate hic; si veniat tibi in mentem, quid fiat domi, quid in culina, quid in agro, responde, expectate: finito Dei obsequio, tunc vos curas omnes recollumam, &c. &c.

S. III. Tertia: rei petita debet esse salutaris.

8. Tertia denique orationis conditio se tenet ex parte rei rogatae, quae videlicet debet esse salutaris, & ad salutem animae nostrae proficua: Christus Dominus in hodierno Evangelio Discipulos instruens circa orationem, ait: *Siquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis: (Jo. 16.)* omnia ergo petenda sunt in nomine Dei Filii, & quaequid in ejus nomine petitur, impetratur: ita est: atqui, quod salutis nostrae contrarium est, plane non petitur in nomine Christi; expresse enim docet August. *(17. 78. in Jo.):* *Quidquid petimus adversus utilitatem salutis, non petimus in nomine Salvatoris.* Quid mirum, si petita non impetremus?

9. Quado, si homo inlanus, & mentis inops ab amico enim rogitat, nonne expedit, ut illi petitio denegetur? ita multi agunt Christianorum, importunis precibus nonnunquam a Deo extorquent rem, quae tamen cedit in illorum perniciem. Potest Deus tandem importunitatem precum vincit, prout Christus ipse explicat in Evangelio, quod his rogationum diebus legi solet, per amicum de nocte rogamem sibi commodari panes, & tunc quasi indignabundus concedit, quod alias facti negaturus, *Multa Deus concedit gratis, quae negat propitius, ait August. (ser. 53. de Verb. Dom.)* quamvis praevideat rem concessam exlere in rogantis detrimentum. Nonne melius fuisset Racheli *(Gen. 37.)* si non impetrasset liberos, quos petiit? sine dubio: quia in partu mortua est: Nonne melius fuisset Baalamo *(Num. 22.)* si non impetrasset licentiam abeundi ad regem Balac? sine dubio; quia in itinere pedem periculose laesit. Nonne melius fuisset prodigo *(Luc. 15.)* si non impetrasset paternam hereditatem? sine dubio; quia in turpissima scelera, & extremam pauperatatem prolapsus est. Ita & tu agi crede, mi Christiane, petis sanitatem, & morbo corripis; petis fructuum ubertatem, & ad incitas reageris &c. quare? quia praevidet Deus, rem, quam petis, non fore ad animae salutem. Plus prodeit tibi negatio, quam concessio. Audiamus brevem historiam *(Nucleus Catechet. Lecti. 25.)*: ager quidam, qui gravissimo morbo diu lecto affixus, & peccat, ad sepulchrum S. Thomae Can-

tuariensis Episcopi defertur petiti, ibique pro recuperanda sanitate voto facto repente convalescit. Domum reversus, & ab amicis submonitus, si ad salutem animæ condiceret, ad sepulcrum sancti Martyris rediit, ibique instant petiti, si sanitas non prodesset, ut rursus pristina agitudine afferretur. Ecce prodigium: confestim, Deo sic ordinante, & Sancto intercedente, in morbum relapsus, maluit ager calum, quam vegetus infernum subire. &c.

10. *Epilogus.* Tu igitur, mi Christiane! hanc doctrinam bene tibi inculcatam habe: in primis antequam ores, statum gratiæ per Confessionem procurare stude, deinde ad attentionem orationis sensus omnes collige, & demum, si temporale quid a Deo roges, semper cum adjecta hac conditione roga, si ad salutem animæ mez cedat: Ita fiet spero, ut in te verificetur Divina promissio; *Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.* Amen.

Dominica V. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De quinto peccati Remedio, videlicet oratione.

Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Joana. 16.

EXORDIUM.

Indaganti remedium contra peccata, prescribitur oratio.

1. **Q**ui per omnem vitæ decursum inoffensa semper valetudine, internoque corporis robore frui sunt, in exquirendis herbarum, ac medicamentorum virtutibus cerebrum parum fatigant: contra, qui variis infirmitatibus febribusque concussis, vitam semper medicam agunt, ac diversis sibi pharmacis tam præservantibus, quam curantibus, & confortantibus sibi circumspiciunt; ita se res habet in morbis spiritualibus animæ. Qui vitam hæcenus innocentem, & honestatis regulam conformem duxerunt, minus habent, quod de peccati remedio solliciti sunt; at qui in semita mandatorum sere toto lapsus fuerunt, quot gressus, & nunc ad seriam emendationem, salutisque curam aspirant, utique de vitæ recte ordinandæ remedii debent esse solliciti, ac circumpecti. Hinc tot anxie quaestiones penitentium et conscientiarum suarum Directoribus interrogantium: quado, quomodo postum deinceps in incepta virtutis semita constanter progredi? quomodo tentationes vincere? quomodo naturæ, ac concupiscentiæ rebellionis compescere? quomodo vitam ad æternæ beatitudinis metam recte conducere? Mi peccator, hucusque varia tibi subministravi remedia: hodie dico tibi breviter cum Augustino (*hem. 4. ex 50.*): *Recte novit vivere, qui recte novit orare.* Quamquam enim homo ex sua natura in bono sit instabilis, & contra

infernales tentatoris insultus quædam imbecillitas, nihilominus constantiam, & robur facile imperare et celo poterit, postquam Christus, interposita sua Divina auctoritate, promissit (*Jo. 16.*): *Petite, & accipietis: si quis petierit Patrem in nomine meo, dabit vobis.* &c. Age igitur, mi peccator, si tentationum fluctibus, velut marina tempestate, factus, ora; nam & Jonas in tempestate oravit: si dura te sentias pravorum habitum, & inveteratæ consuetudinis captivitate detinere, ora; nam & Israelitæ in captivitate orarunt: si omnes animæ potentias per peccati venenum agras, maleque afflictis expectatis, ora; nam & Job ulcerosus, & languidus oravit: si infidias infernalis inimici perimelcas, ora; nam & Jacob per orationem infidias fratris Esau declinavit: si denique a thylgio tentatoris in grave certamen provocaris, ora; nam & David per orationem Gigante triumphavit &c.

2. *Proposio.* Ego autem in præsentiarum ostendam tibi, quam efficax contra peccata remedium sit oratio. Videbis, nimis quam verum esse essatum S. Chryostomi (*1. 1. de orand. Deo.*) dicentis, quod sicut homini, qui orationis studio est deditus, persicile sit in virtutis semita constanter progredi; ita simpliciter impossibile sit, absque præcognitioni præfata cum vitæ deesse, cumque hac vitæ usus casus peragere. Favete,

Medicina est vitæ.

3. *Divisio.* Tria sunt medicamentorum genera ad sanitatem corporis tum conservandam, tum reparandam perquam utilia: aliqua dicuntur *præservativa*, quibus corpus contra morborum grassantium incursum oportune præmunitur: aliqua dicuntur *curativa*, quibus maligni, ac febrium incentivi humores salutariter expelluntur: aliqua denique dicuntur *confortativa*, quibus per aegritudinem deperditæ vires in convalescentibus denovo reparantur. Hanc hæc demum triplicem virtutem in sensu spirituali habet oratio contra peccatum: Est medicamentum præservans, est medicamentum curans, est medicamentum confortans. Displectamus unum pot alterum.

§. I. *Oratio est medicina præservativa contra peccata.*

1. *Confirmatio.* Primo quidem oratio est efficax medicamentum contra peccata præservans, in quantum nimirum orantem contra tentationes præmunit, aut in tentatione contra lapsum corroborat. Hinc Divinus Mundi Magister præcepit, ut in oratione Dominica sic orerem: *Et ne nos inducat in tentationem: item ante Passionem suam, in horto Discipulos contra tentationem communire volens, edixit illis: orate, ut non intretis in tentationem.* (*Matth. 16.*)

2. Postquam Patriarcha Moyses (*Exod. 34.*) supra montem Sinai diu in colloquio Dei, & oratione perseverasset, tandem post quadraginta dierum spatium ad populum rediit, & ecce totus alius apparuit; ex facie enim illius est

bant

tantæ radii adinstar duorum cornuum. Quid hoc rei? quid cornua in homine sanctissimo, quæ alias sunt brutorum insignia? S. Chryostomus (*ap. Peroraz. script. sel. punct. 31.*) respondet, cornua esse symbolum fortitudinis, voluisseque Deum, indicare, quod perorationem, qua cum Deo colloquimur, fortitudo, ac robur adquiratur, quod diaboli tentationes, ac insultus frangere, acque eludere possimus. Esto, quod infernalis bellua, tanquam leo rugiens, circumeat, quærens, quem devoret; esto, quod mille artes nocendi excogitet, mille machinas admoveat: retrocedere tamen debet cum omnibus suis insidiis, ubi videt hominem, orationis studio deditum. Exemplum hujus rei luculentum habemus in Vitis Patrum (*1. 6. tit. 2. n. 11.*): Imperator Julianus, sceleratus a fide Apostata, & demonum contubernalis, cum in Perside bellam gereret, quondam infernalem spiritum sibi inde sibi aliqua responsa referret. Abiit emiliarius demon: at ubi ad sylvam pervenit, ubi Monachorum quorundam orationi vacabat, stare immobilis; & tandem inlecta legatione regredi debuit: Quæsit Julianus, quare tardasti? cui demon: sustulisti decem dies Publium Monachum, si forte cessaret ab oratione, ut transiret; at non cessante illo ab oratione, cessare ego a negotio debui. En, quanta sit virtus, ac efficacia orationis contra oculos spiritus: vita est, ausim dicere, vita est tentatio, ubi pro armis sumitur oratio.

6. Ex his facile patet, quanta sit orationis necessitas homini, præsertim viventi in seculo, ubi maxima quotidie sunt, ac frequentissima animarum pericula: sunt homines nonnulli ex secularibus, qui orationis assiduitatem inter claustra Monachorum, atque Anachoretarum relegant: sed perperam: quis enim magis indiget acu nautica, & mappa geographica, illi qui inter fluctus navigant, an, qui in litore securi consistunt? quis militum magis scuto opus habet, qui sub tentorio stertit, an qui in actuali conflictu inter sagittarum imbres consistit? certe hæc vita mortalis continua est militia; ubi modo iste, modo ille inter hos homines etiam sancti sauciantur: unde cum Galfrido (*apud Niceroth. 1. 1. doct. est. c. 74. doct. 6.*) statuendum est: *Namquam deus orandi necessitat, ubi nunquam est vera securitas.* &c.

§. II. *Oratio est medicina curativa peccati.*

7. Secundo, oratio est efficax medicina curativa peccati, non quidem eo sensu, quod per se culpa reatum expungat, cum iste solum per penitentiam deleri possit; sed eo sensu, quod vel reatum poena magna ex parte extinguat, vel saltem animam a pravitate habitibus, malis consuetudinibus, & passionum rebellionem, peccatorum reliquias expurgat: hoc certe in sensu intelligenda esse videntur verba S. Chryostomi (*apud Dion. par. 1. ser. 46.*) dicentis: *Quemad-*

modum ignis extergit arborum: sic preces peccatorum nostrorum sordes expurgant. Sunt hi pravi habitus, & inveteratæ consuetudines, veluti venenosum semen, quod facile in pristina peccata propullulat, nisi omni cum industria eradictur. O quot miseri peccatores in sacrosancti tribunalis deponunt conscientia noxas; sed quoniam in animo gliscit habitura passio, & vivax radicati mali assuetudo, paulo post in eadem seclera relabuntur! Quid agendum est? adhibendum est sarculum, id est, orationis assiduitas, qua gratiæ Divinæ assistentia imploratur ad extirpanda zizania. Oratio perhibet, quod Confessio incipit, Confessio est emendationis initium, Oratio perfectivum. &c. Ex his facile delumere poteris rationem, cur infernalis demon non adeo laboret in impediendis hominum Confessionibus, quam Orationibus: ubi orantes videt, mox mille distractionibus, mille speciebus alienis, mille phantasmatis animarum orantis turbare contendit. (*In Vita Patr. p. 1. §. 39. Russi. lib. 3. n. 43.*) S. Macario gloriandus edixit diabolus, nullam inter fratres haberi collectionem, nullas preces, quibus ipse cum focus non interesset: hujus instantiæ veritatem exploraturus sanctus Vir, rogavit Dominum, ut sibi ostenderet fratrum, in choro psallentium, animos: Et ecce mox vidit per totam Ecclesiam parvulus quosdam Æthiopes discurrere, & Monachis, in oratione positis, illudere: interdum psallentibus oculis digitis comprimebant, & statim illi obdormiebant: alteri digitum in os immergebant, & ille oscitare cœperit: interdum in mulierum specie se fratrum subibat; interdum quasi adificantes, aut onera portantes aut diversa quæque agentes apparebant, & quæcumque demones quasi ludendo formabant: hæc orantes illi in cordibus suis cogitando versabant. &c. Jam quæro, cur oculus hostis tam operosa industria labori fructum orationis nullenis distractionibus pervertere? nimirum, quia ex oratione sere plus momenti sibi pertimescit, quam ex ipsa Sacramentali Confessione: esto enim, quod per Confessionem ex animo peccatoris efficiatur: hoc non adeo male habet demonem, dummodo remanent prævitiaribus, & malis consuetudinibus, quarum adminiculo sperni sibi facit regressus: at cum videt etiam his planis venosis aleam admoventi per orationem, tunc enimvero quæcumque potest machinas contra movet. Hostilis belluicæ de occupanda, quam obidet, urbe tandem spem non abijcit, quamdiu scit gliscere in urbe malum intestinum, uti proditiões, famem, morbos, aliæque: at quando compertur omnia esse optime composita, nec urbem malo domicilio intus turbari, tunc enimvero de occupanda desperat, &c.

§. III. *Oratio est medicina confortativa contra peccata.*

8. Tertio denique oratio etiam rationem habet medicina confortative: qui ex lethali agitudine paulo ante convalescent in sumendis

Q² plur.

pharmacis, in adhibendis balneis, & phlebotomiis, vel maxime attendunt ad constellationes, conjunctionesque corporum supernorum, opinantes ad recollendas infirmæ naturæ vires ante alia omnia necessarios esse benignosydemum influxus. Par ratio fe habet cum eo, qui a spirituali morbo peccati convalescit: ad perfectantiam in bono vel maxime opus habet celestis gratiæ; siue hoc confortamento non recuperabit animæ vires, nec in virtutis semita firmus progredietur: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre luminum.* (Iacobi. 1.) Quo autem medio impetrantur hæc gratiarum auxilia, & Divinæ Bonitatis influxus? percipite responsum S. Vincentii Ferrerii: quemadmodum ille, qui aqua ductu hortum suum irrigare cupit, canalcm, quo aqua perfluat, ponere debet; ita qui confortationem gratiarum influxus calitus obtinere desiderat, necesse est, ut per canalcm illos in cor suum dirigat: quis est iste canalis? est oratio devota, ait S. hic animarum zelotes, (Isum. 6. Dom. 5. post Trinita.) *mediante ista, venturi ad nos bona temporalia, corporalia, & spiritalia.* Siue oratione actum est: nemo perseverabit in bono. Salomon, fragilitatem carnis agnoscentes, que facile illicitis suggestionibus succumbit, de seipso fateatur, sine oratione subsistere se non posse: unde ait, *Seiui, quoniam aliter non possem esse contentus nisi Deus daret.* (Sap. 8.) quid ergo facit ad orationem confugit: *adit illum, & deprecatus sum illum.*

9. Nunquam notatis, Auditores! quid rerum fiat, cum magni adificii structura erigitur? in primis impediamenta omnia removentur, vepres exciduntur, area complanatur. Dein fundamentum solitur, lapides, tigna, camenta convehuntur, denique lapis lapidi imponitur, maximeque curatur, ut calx, & cementum, quam optime sint composita, quibus taxa faxis firmiter conglutinantur: Eadem sere methodo Christiana perfectionis aedificium in altum conlurgere debet: in primis removeata sunt peccatorum impediamenta, id quod fit per poenitentiam, ac Sacramentalem Confessionem: dein succedite lapis lapidi, id est, virtus virtuti superimponenda est. Quid autem in hoc spirituali adificio vires camenti supplet? nempe oratio: sine hac alicui est virtutum firmitas, una hæc structura brevi pult fieri rubeola: id quod Iohannis S. Bonaventura (de sermone) hæc ipsa allegoria ait: *Insuperabilis est bonorum operum firmitas, que devota oratione frequentia non conpagnatur.* Proinde nunquam non admiratus sum heteroclitam multorum Christianorum conversationem qui per ipsam Confessionem satisfactionia composita abstrahentes, postliminio tam laxevivunt, quam antea; agnoscent quidem carnis inobedientiam, tentationum frequentiam, diabolici insidias, peccati pericula; & tamen parum solliciti sunt, ut de gratia Divinæ adjuvior per orationis assiduitatem sibi circumspiciant. In hoc certe invenitur Bernardus, (ser. 2. de

Quadrages.) inquit: *Qui sumus nos aut qua fortitudo nostra, ut tam multis tentationibus resistere valeamus? Hac est visio, quod querit Deus, ut videntes defectum nostrum ad eius misericordiam tota humilitate curavimus. Preterea rogat vos fratres, ut semper ad manum habeatis iussivum orationis refugium.* &c. &c.

10. Episcopi. Quid concludendum est ex his omnibus? Id certo concludit, nisi Christiane, quod ante Dei tribunal nullam labiturus situr iniquitatis excusationem; quæ erit enim Iudeæ, vel potius resistere tentationibus allicientibus ad peccatum, vel non? si potuisti, cur non resististi? si non potuisti, cur meum auxilium per devotæ orationis frequentationem non potuisti? adhibentes orationis remedium, & certe expertus fuisset, orationem esse medicamentum contra peccata efficacissimum, & quidem medicamentum præservativum, curativum, & confortativum. Amen.

Dominica VI. post Pascha.

CONCEPTUS I.

De obligatione, qui homo Christianus vita, ac moribus Christum Dominum referre, ac imitari debet.

For. testimonium perhibebitis de me: quia ab initio mecum estis. Joan. 15.

EXORDIUM.

Christiani a non Christianis solo intuitu debent discerni.

1. Cum terrena Principes bello disident, eorum milites ex certo quadam signaculo, baltheo, aut armatura discernantur, ita cogitatio fidei est: Hic Gallo militat, hic Hispano, ille Germano, &c. Distabant hæc omnia aeri commissa Rex Cæli, & principes tenebrarum; res decretoria erat de toto humano genere. Vixit tamen Rex gloriæ Christus, & postquam Regnum suum, id est, Ecclesiam stabilivit, paucis ante diebus triumphali cum pompa cælestium ingressus est, suis tamen in terra relicto Dilectissimi præcepto resurgit. *Vos testimonium perhibebitis de me: Vos qui, per prædicationem, baptizandos, sanctisque operibus inherendo Ecclesiam meam, præcepto resurgitis.* &c. Paruerunt præcepto, & virtute magna redierunt Apostoli testimonium perhibebitis Jesu Christi Domini nostri. &c. (Act. 1.) Patris forsitan, Auditores, id solum apostolicum dictum fuisse? abut: dictum est & nobis omnibus: omnes nos testes esse oportet Christi Domini, quidem voce, non prædicatione, non miraculis, sed moribus, & imitatione. In Concilio quidem Antiocheno, (Turrian. in alt. anno. Antioch. Can. 1.) tempore Apostolorum habito, decretum est, ut credentes in Dominum Jesum Christum, Christiani deinceps vocarentur, verum hæc nominis dignitas ita moribus præsentanda est, ut vel ex solo vite genere Christianus miles a non Christiano discerni queat.

Quæ

Qualis Christianus esse debeat.

2. Proposito. Date animum, Auditores, describam hodie, qualem Christianum esse oporteat, nempe talem, ut solum conspecta vitæ, ac morum integritate, heretici, pagani, idololatra, Machometani, alique dicere queant: Ecce hic Christianus est: hoc enim revera est testimonium perhibere Jesu Christo. Favete.

3. Diviso. Mysterio plenum est, quod Sponfus in Canticis a Dilecta petit: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* (Cant. 2.) Quid mysterii fubest? audiamus S. Ambros. (apud Barz. ser. 44.); ait ille, voluitse Christum sub nomine Sponsi, ut dilecta anima sua tam intrinsecus, quam extrinsecus vivam sui imaginem referat. Signaculum Christus in fronte est, signaculum in corde, signaculum in brachio, quod idem est, ac Christum Dominum ore, cogitatione, ac opere imitandum esse. Inhæreamus huic doctrinæ, ac singula expendamus.

§. I. Christianus debet cum Christo convenire in cogitatione.

4. Confirmatio. Ordiamur a cogitationibus: quænam ergo fuerunt cogitationes Christi Domini? Id explicat S. David, nomine Redemptoris ita loquens: *In capite tibi scripsimus est de me, ut facerem voluntatem tuam, Deus meus volui.* (Ps. 39.) Cogitationes omnes Christi Domini huc collinabant, ut expleret voluntatem Patris, & satisfaceret pro humano genere. Ut primam in Virginali utero conceptus fuit, se obtulit Divinæ voluntati: *Vis, O Deus meus, ut in hoc ergastulo novem mensibus delictam?* Vis, ut in sordido stabulo nascas? *Vis, ut in circumfusa sanguinem fundere incipiam?* Vis, ut ab Herode in exilium pellar? *Vis, ut triginta tribus annis in mundo exulem?* Vis, ut proditionibus, angustis, injuriis, spinis, flagris, alapis, spuris, vulneribus, ac morte crudelissima conficiat? *Ac Deus meus voluit, paratus, promptusque sum ad hæc omnia, & longe æcerbiora perferenda.* En Christiane homo, *inspice, & fac secundum exemplar (Exod. 25.)* in cogitationibus tuis. Cum mille adveritates obrunt, clamandum est: *Deus meus voluit.* Cum pauperie præmeris, cum detractorum linguis proclunderis, cum a falsis amicis deciperis, cum persecutionibus, & injuriis oneraris, cum morbis affigeris, cum doloribus corporis conficteris &c. Invieta animi patientia Christum imitare, dicens: *Deus meus voluit.* Ita cogitandum ita voluntate tendendum est; nam, ut ait Augustinus (1. de Ver. Relig. c. 15.): *Tota vita Christi in terra præ homine, quem fecit, discipula morum fuit.* &c.

Multum autem in cogitatione contrarii sunt Christo.

5. Edic modo, qua ratione hæctenus imitatus es prototypum tuum? discute cogitationes tuas, & facere debebis te a cogitationibus Christi, hæctenus quam longissime abuisse. Eheu! quot inventiatur ex Christianis ambitiosi, qui ad accupandas dignitates, ad scandenda honorum fastigia omnia animi flamma applicant? quot inventiuntur avari, qui cumulandis divitiis diu noctaque inhiant? quot inventiuntur luxuriosi, qui caprandis voluptatibus insudant? quot inventiuntur vindictæ studiosi, qui illatas, ut opinantur, injurias indolenter animo reconvert? &c. Infelix Christiane! an hoc est testimonium perhibere Christo? nonne & Ethnicis, & gentilibus hoc faciunt; qui testimonium perhibent diabolo? &c.

§. II. Christianus in verbis Christum imitari debet.

6. Pergamus ad verba: quænam erant verba Christi Domini? respondit olim Petrus Apollus (Jo. 6.) *Verba vite æternæ habet.* Omnia quippe verba Christi Domini ad Dei gloriam, ac peccati fugam, ac virtutum incrementum, ac salutem animarum erant ordinata. Præcipue autem præ ceteris celebra vita septem ultima verba, que in cruce pendens inter extremos mortis anhelitus elocutus est: Primo ad Divinum Patrem clamavit: *Pater, dimitte illis.* (Luc. 23.) En verba misericordie, ac reconciliationis: secundo latroni dixit: *Hodie mecum eris in paradiso.* (ibid.) En verba liberalissimæ promissionis. Tertio, ad amantissimum Matrem conversus, cam allocutus est: *Mulier, ecce filius tuus.* (Jo. 19.) en verba plena consolationis. Quarto clamavit: *Pater, Pater, ut quid dereliquisti me.* (Matth. 27.) En verba confidentiæ, & refugii ad Divinum præsidium. Quinto vociferatus est: *Filio.* (Jo. 19.) en verba desiderii plura, ac plura patiendi. Sexto enuntiavit: *Consummatum est.* (ibid.) En verba gratulationis, & lætitiæ ob completum Redemptionis humanæ opus. Septimo denique clamavit: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* (Luc. 23.) en verba commendationis, ac plenissimæ resignationis. &c. Age, Christiane! *inspice, & fac secundum exemplar.* (Exod. 25.) quicquid loqueris, ad Dei gloriam, vel ad tuam, & aliorum salutem vergere debet; ita expresse enuntiat Card. Hugo (in Luc. 11.) *Loquela data est ad laudandum Deum, ad edificandum proximos, ad accusandum seipsum.*

Multum autem in verbis a Christo maxime differunt.

7. Edic modo, quæ hæctenus verba tua fuerunt? Eheu! quam difformia Christo! Si percurro Principum aulas, quid aliud audio nisi adulationes, ac simulationes? Si ingredior curias, ac tribunalia, quid aliud audio, nisi oppressiones pauperum, & injustas sententias? Si perulstro nobilium palatia, quid aliud audio, nisi jactantias, & vanitates? Si ferutor medicatorum tabernas, quid aliud audio, nisi mendacia,

Q 3

cia, & fallacia? Si percipio officium officina, quid aliud audio, nisi convitia, & detractiones? Si subintro tabernas vinarias, quid aliud audio, nisi calumnias, injurias, blasphemias, juramenta, & turpia Venenis ructamenta? O infelix Christiane! hoccine est Christo testimonium perhibere? nonne hoc & Ethnici, & gentiles faciunt, qui testimonium perhibent diabolo? &c.

§. III. Christianus cum Christo convenire debet in operibus.

3. Denique percipiamus opera Christi. Et quanam fuerit illa? S. Bernardus satis declarat, inquis: (ser. 1. de resurrectione.) Cum nomine Jesum, hominem mihi propono mitem, & humilem corde, lenemque, sobrium, castum, misericordem, & omni aequivo bonitate, & sanctitate conspicuum. De Christi Domini operibus optimum habemus testimonium ex ipsius doctrina, quam in monte proposuit: Beati pauperes spiritu, a stabulo usque ad crucem pauperimus fuit, ut nec in morte habuerit, ubi caput reclinarat. Beati miles, injurias sibi illatas non tantum condonavit, sed beneficiis compensavit. Beati qui lugent, peccata nostra membris omnibus, & quidem sanguine lacrimis deflevit. Beati, qui esuriunt, & sitim justitiam (Matth. 5.) cibis illius semper fuit voluntas Dei. Beati misericordes: praeiitit beneficia etiam inimicis. Beati mundo corde: summam habuit castitatem corporis, & animi. Beati pacifici: pacem sanxit inter Deum, & hominem. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Ob sanctissimam legem suam, extremis semper odiis ad mortem usque oppressus est. Age, Christiane! Inspice, & fac secundum exemplar (Ezech. 25.) : tuum est, ut Christi doctrinam, & exempla sectatus, ad Evangelicam perfectionis exercitacionem conitaris: tuum est, ut Deo servicus, & in lege ejus die, ac nocte meditans carum cum desideris suis crucingas, nullis adversitatibus vincaris, nullis prosperitatibus depraveris. Tuum est, ut virtutes Christianas in gradu heroico ponas, ita ut mirentur haeretici, gentiles, ac infideles, faveantque, sed ad tantum morum, vitaeque perfectionem pervenire non posse. O si na constituti essent Christiani, non dubito, paulo post totus orbis Christianus foret.

Multum autem ab operibus Christi longe discrepant.

9. Edic autem, qua opera tua? nonne corpus stum, ejusque commoda nimis amans, laxulilegibus pertinaciter adheres, ut pene te Christianum esse crederes? nonne loves peccata, & vitis in consuetudinem versis, etiam vercundiam exultis? nonne nihil ultra terrenis, & cum brutis animantibus voluptates aucuparis? &c. Infelix Christiane, an hoc est testimonium perhibere Christo, nonne hoc & Ethnici faciunt, qui testimonium perhibent diabolo? quid mi-

rum, si infideles non convertantur, cum Christianos seipis deterioris conspiciant?

Haeretici non convertuntur propter vitia Catholicorum.

10. Memini a Patribus Missionariis audisse, haud procul Britico officium bellorum Lutheranae sectae additum, ad orthodoxae fidei tractum, inter alia quaeritus a Patribus, an nunquam dubia, & anxietatis animi ob suam sectam percipisset, repositit, perperam non minus dem sum; sed cum vidi Catholicos non minus federatos vivere, quam Lutheranos, & torqueri ambitione, dissolvi libidine, inflari superbia, lacerari invidia, agitari cupiditatibus, ventri, & Veneri litare, &c. facile secum salutaris animi sentia, ac stimulus contropi. In Christiane! quantum Ecclesiae nocet tua illa vivendi laxitate: &c.

11. Epilogus. Age ergo, vitam tuam coordina, ut vel ipsa vivendi ratione testimonium perhibeat Jesu Christo. Audi, quid moncat Apostolus: (2. Cor. 4.) Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corpore nostro. Ecce, per mortificationem efficere debes, ut vita tua vitam Jesu Christi referat: oculi tui non debeant iracundus, ut Turcarum. Gula tua non impendens, ut brutorum. Mores tui non debent convenire cum aliquo Epicuro, & Sardanapalo, sed sentiant omnes, qui tuum mortum desiderant, & compositionem inveniunt, te non tantum nomine, sed & re ipsa esse Christianum, Crucifixi sequacem, & olim Regni caelestis heredem. Amen.

Dominica VI. Post Pascha.

CONCEPTUS II.

De dampnabili astitia, & perversitate mundi, qui plerumque vicia sua schemate virtutum palliare, & exulare contendit.

Venerit hora, ut omni, qui interfecit vos, obsequium se prestare Deo. Jo. 15.

EXORDIUM.

Peccatum obsequium viciis suis palliam.

1. Peccatum, cum illi Proto-parentes offitium aperuerunt, in hunc mundum primogressum est nativa sua deformitate horribile, monstrum detorme, ingens, & infernali fuliginis oblitum: unde factum est, ut a nemine, nisi ab imprudentissimo quovis amoveret: fugiebant homines portentosa turpiditudo conspectum, & certatim ad virtutis, quae contraria venulitate surgebat, amicitiam anhelant. Quid egit astra bellus? cum aliquando bella vidisset obformierunt, lanceo pede adrepti, illicque sua

hinc pallia furto ademit, hoc pallio fedeciceps vestire, & sub eo venustatis indumento se potentius in corda hominum insinuare cepit. Ita paulatim amabant morales peccatum, quod virtutem credebant, tandemque infernalis bellus hominum per totum orbem propagatum est; quia fere nullum peccatum invenitur, quod non sub schemate alioque virtutis palliatur. Nonne verissimum dico? ita est, responderet S. Basilus (hom. 19. in Par.): Vita vicinis virtutibus honestate commendat; & hodie dum scelera omnia per orbem personata ingrediuntur: Superbia incedit sub pallio decantiae, & honestatis; avaritia sub schemate providentiae; gula abscondit se sub regimine necessitatis; acedia palliatur sub velo defatigationis; adulter dicitur urbanus, vindictivus dicitur generosus, prodigius dicitur liberalis, turpiloquus dicitur ingeniosus. Verbo: antiquo hosti tanta se arte palliat, ut plerumque vicia virtutes fingat, ait S. Gregorius. (lib. 37. Mor. c. 17.) Hanc veritatem in hodierno Evangelio Christus edocuit Apostolos, inquisiens (Jo. 15.): Vitis vera, ut omni, qui interfecit vos, obsequium se prestare Deo. Quid? obsequium Deo; per interfectionem Apostolorum? ita est: in sensu literali loquuntur. Sacro textus de Judaeis, & gentibus, qui Apostolos, & Christianos, tamquam impios, sceleratos, & mundi catharatae ac orbis eliminare studebant, & per hanc crudelitatem Deo gratiam praedicti obsequium prestabant: in sensu autem mystico per hunc textum intelligi possunt omnia ea peccata, quae ab impiis sub honestatis titulis colorantur: quae a sanctissimo mundo perfecte esse invenire praetextus justitiae, aut beneplaciti Divini: sub hoc quodlibet sima sua flagitia palliare novit.

Et nunc sub larva virtutis procedit.

2. Propositio. Christiani Auditores! ejusmodi praetextus, ac pallia hodie tam apud multos Christianiorum regnant, qui callide novorum suis sceleribus haryum honestatis, vel necessitatis, vel zeli gloriae Divinae, vel justitiae oblitunt. Agite, detegamus hos cuniculos, idque non alium in finem, nisi ut edocentur isti, id genus praetextus non perijade coram Dei tribunalis, quae coram oculis mundi vulturos. Vae, qui dicitis bonum melius, & malum bonum; obmatur Dominus per Isaiam, c. 3. Favere.

Homines laxi pericula herbulae sepe habent pro verbalibus.

3. Confirmatio. Ante omnia graviter culpanda venit nonnullorum laxitas, qui nescio qua judiciali libertate actiones periculosas, & de peccato suspectas, non obstantibus conscientia monitis, statim pro venali declarant, dicuntque est tantum peccatum leve, siquae dum veniale non reformidant, moliores in mortale protulunt. Haec Adam fuit acceptio, si Augusti-

no. (L. 14. de Civ. Dei c. 11.) credimus; dicit enim S. Doct. relictus a Corn. a Lap. (in Gen. 3.) Adam. eo quod non esset expertus Dei severitatem, passasse veniale esse hoc suum peccatum, & facillime illius veniam se a Deo impetraturum. Mi Christiane, quis tibi jus contulit pro arbitrio tuo contendere actiones tuas, abque consilio majorum, non obstante conscientia remorsu? alii adhuc graffius decipiuntur, qui omnino erroribus suis lucum virtutis illiunt.

Vindicta larvae sub tegmine justitiae.

4. Loquamur parum de vindicta aeterna: Vindictam, quae injurias, a proximo acceptas, graviter ulcisci cogitamus, cumque in finem proximo vel aperte, vel ex insidiis ferocem, ut ajant, firmissimae, esse peccatum leve, nemo sapienter est, qui dubitat; & tamen eheu! quoties hac vindicta sub praetextu zeli, aut justitiae, aut correctionis fratrum palliatur! consulumus Scripturam. Abier supremus bellidus Regis Saul post ejus mortem filium illius Isoboth ad thronum regni Israelitici contra amul Davidis praetensionem evertit. Postmodum contigit, aut cum Respha emortui Regis concubinae impudice conversata, graviter ab Isobotho de impudentia argueretur; & ecce, confestim Abner se jurjurando oblatit: Hec facia Deo Abner, & hoc addidit, nisi quando juravit Dominus David, si faciam cum eo, (2. Reg. 3.) quasi diceret, quam vere vivit Dominus, Davidem in regni thronum in situtum: verum quid agis, O bellidus? vel enim David de aequitate competit coram, vel non? si competit, cur non jam antea partes illius tenuisti? si non competit, cur nunc tentas? Nimirum sentio, quod res est, antea non male illi convenerat cum Isobotho, ea propter ex causa illius fecit; nunc, postquam inter se utrumque dissensio orata est, in causam Davidis inclinat, ut hac ratione impictam corruptionem vindictae, anque hanc vindictam sub regimine justitiae larvat: quomodo juravit Dominus David? O bellum, istitiam, quae vera vi: dicta est. O Judices, O Sacerdotes, quoties laboratorum castigatis criminibus sub praetextu justitiae, & vindicta est? Est Pater-familias, qui scit, suum illum esse impudentem, de nocte vagabundum, lascivium, dissolutum tamen in tuto laboris bene praestitit ejus vita; postea oritur inter eos litigium, & ecce: statim exprobrare, proclamare, denigrare, propalare incipit ejus delicta: quare nunc? quia teneor, inquit, ex lege correctionis fratrum: O deceptorum excusationem! rancor est, viadicta est. Est forte famula, quae scit, suam eo ancillam esse elepaeam: tacet ita ioseph dicit: postea oritur inter eas dissensio, & ecce: statim deseri ad Dominum, ad Dominam, quare nunc? non graviter conscientia mea, inquit, alienis delictis. O deceptorum excusationem! rancor est: Vindicta est: cui verissime exprobrari potest illud Prophetae (Isa. 40): Peffores avertentur, & zelum putantur, &c.

Avaritia tegitur pallio bonis Divini.

5. Loquamur parum de avaritia: avaritiam, praesertim eam, qua pauperes in misericorditer repelluntur, debita non expunguntur, caque, quae Deo debentur, in deteriori materia praestantur, in certis circumstantiis posse esse peccatum lethale, nemo sapientum est, qui dubitet; & tamen, quoties haec avaritia sub specie necessitatis, providentiae, aut Religionis excusatur! Ingređiamur iterum Scripturam: Rex Saul praecipuum accepit a Domino, ut Regnum Amalectarum una cum Rege, cum habitatoribus, ipsique gregibus, & armentis in misericorditer condiderit, & absque ulla venia gratia demoliretur. Abiit Saul cum ingenti exercitu, & immensam Amalectarum irragem fecit; nihilominus opinis gregibus, & selectiori pecori pepercit, secumque in praedam abduxit: exprobravit illi Propheta Samuel hanc avaritiam; & ecce statim se exculpate novat, in quibus, haec armenta ceteris meliora Deo in oblationem, & holocaustum fuisse referata: *Tulit populus ovae, & boves, ut immolet Dominus Deo suo in Galsath.* (1. Reg. 15.) O bellam Religiositatem, quae revera avaritia fuit! O Christiani! quoties hunc eundemmet lucam nonnulli illinere student (suz tenacitati) quaeritis aliquis pater-familias satis fortunatus, cur erga egenos nimis tenax, & liberalis esset, repositus, non posse se praedicare patrimonium liberorum, & quod plus est, cogitare se post suam mortem fundare universarium, ideo necesse esse, ut omnes nummos congereret. Aliqua in confessionali se accusans, quod adipem porcinum diebus esurialibus usurparet, interrogata, an non ad manus haberet butyrum ex lacte, respondit, habere se quidem, sed illud debere reservari ad festiva angarialia, & ad quadagesimam. Alia quaesita, cur illas panni ulnas, quas famalis pro mercede annua largiri tenetur, in hirsuta adeo, & vili materia illis praestaret, retulit, quod velit mappam lineam pro altaris tegumento Ecclesiae donare. Ecce quam ingeniola sit avaritia se excusandi etiam sub praetextu providentiae, & cultus Divini, &c. *Luxuria quaeritur sub schemate peregrinationis.*

6. Loquamur parum de peccato luxuriae: Luxuriam, illaque vitiosa conventicula, quae contra parentum voluntatem inter personas fragiles condicuntur, pro diversitate circumstantiarum posse esse lethalia delicta, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub specie pietatis larvantur! Symbolizetur denao hanc rem ex Scriptura. Ablolon, cum scelestissimum perduellionis crimen contra parentem machinaretur, licentiam ab eo petit peregrinandi in Hebron, in quibus, *Veniens, vovit, si redierit me Dominus in Jerusalem, sacrificabo Domino.* (2. Reg. 15.) Impetrata licentia, abiit, populum concitavit, rebella amara impuit, patrem persequutus est. O bellam vocorum religionem, quae revera damnable crimen fuit! O Christiani! quoties sub eodem schemate reguntur perniciosa

conventicula? sunt duae personae, quae invicem amant, & amantur: sed occasio conventiculi illis praedicitur; quia sollicite ad oculos superiorum observantur; quod agunt? peregrinationem institunt, sub coeque praetextu amica conventicula adomant, ac negotia amatoria pertractant. O devotas peregrinationes, si Superis placeat, sub quorum cortice procorum alloquia, & consortia delitescunt!

Damna proximi celantur sub larva Religioſi.

7. Loquamur parum de inimicitias, & hostilitates, praesertim si eorum nonnulli to proximi, aut detractoribus factae conjunctae sunt, esse peccata lethalia, nemo sapientum est, qui dubitet: & tamen cheu! quoties sub larva iustitiae, aut defensionis, aut Religionis excusantur! Rex Herodes (Marc. 6.) suae Herodiadi in remunerationem factus promissit quidquid esset petitura, eamque promissionem juramenti fide confirmavit: scelerata filia, instigata a sceleratioris Matre, petit caput capſivi Joannis Baptistae, & ecce, absque mora obtruncatur licet, qui sanctum Virum in carcere immanitatis; nihil minus: putavit se obitari ad nefas propter juramentum, *conſtitutus est propter juramentum.* O vulpinam calliditatem, de qua August. (Ser. 11. de Joanne in Aegypto.) *Tempto promittitur; sed temerarie magis implatur!* O mei Christiani! quoties eodem colore scelerata vestra delibare contentidistis? insidiatur quis proximo, quatenus tanto evidentius nocet, juramento se obstrinxit, non adqueſcunt, donec injuriam ultus fuerit: & quamvis postliminio demoneatur, putat tamen se tenet, se obstrinxit ex juramento. O calliditatem! alia, dum pie rogatur, ut illas choreas, & conventicula fingeret, quibus hactenus sine damno animae nunquam interſiſſet, audacter reponit, se promissit invitantis, non posse se sine honoris dispendio abesse. O calliditatem! &c.

8. Hanc castellanam possem prosequi per mille alia scelerata: Non fit mendacium, quod non dicatur esse necessarium propter officiositatem: non fit furta a famulo, quod non competere sibi autimet ob labores stipendio majores: non fit detractio, quae non pallietur sub tegmine veritatis: non fit dilatio restitutionis sine inſana, sive in bonis fortuna, quod non excusatur per impossibilitatem: Verbo: *veritissimum est sicutum Seneca (Epiſt. 117.): Nullum vitium est sui parocinum: Vicia nostra, quae amamus, defendimus, & malumus excusare, quam excusare.* &c.

9. Verum, abrupto orationis flo, jam tandem interrogo, mi Christiane! an putas haec obſtacula, has oppellationes coram Divino tribunalis aequae, ac coram mundo validatas? Eheu! decideris! si ejusmodi excusationes robar habere, quis tandem peccare, quod damna affert? plane nemo; quia ab origine mundi usque

hoc nullum unquam scelus patratum est, quod excusatione caruit. Quomodo si haec pallia sufficere essent, quod benedictos, velim, nemo vel ex ipsis crucifixionibus Christi reus foret de crudelissimo Deicidio crimine; quia nullus erat absque excusatione: an reus erat Judas? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego Pharisaeus adhuc in tempore palam annuntiavi innocentiam Christi. *Peccavi tradens sanguinem justum.* (Moth. 26.) An reus erat Synagoga? atqui haec excusare se potuit, dicendo: ego Christum reliqui iudicio Pilati, & de cetero protelata sum, (Joan. 18.) *nobis non licet occidere quemquam.* Ergo reus erit Pilatus? atqui ille excusare se potuit, dicens: ego nullum non movi lapidem pro liberatione Christi, publice manus laevi, eumque pro innocente declaravi, neque partem inique mortis habere volui: *Innocens ego sum a sanguine justis hujus.* (Matth. 26.) Ergo tandem dzmon reus est, qui hos omnes infligavit; sed & ille excusatione non caret: esto, inquit, quod primitus indignam Judaeos ad mortem Christi; sed postliminio omnia adhibui opera, ut eandem impetrem: hunc in finem commisit terram uxorem Pilati, ut maritum ab iniqua sententia deterreretur: &c. Res mira miridima! moritur Christus in cruce, & nemo vult esse Deicida: omnes excusationem obtendant, & tamen omnes in inferno ardent: &c. &c.

10. Epilogus. En mi Christiane! quod excusationes, & pallia scelerum, quae ad styllum, & genium versipellis mundi, inveniuntur, coram Deo nullius momenti sunt: nihil valent, etiam si millenas necessitates, honestates, iustitias, Dei gloriam, alioque coloratos titulos obtendas: ardent in inferno milliones damnatorum; & tamen fere nullius excusationibus caruit, quibus tu securitatem tuam frivole inedicas: Quare in actionibus tuis cum simplicitate secundam aulam Dei legem progredere: te velint iniqui te captiosos persuasoribus ad nefas detorquere, cogna semper illud Davidicum: *Narraverunt mihi iniqui salvationem, sed non ut lex tua.* Amen.

Dominica VI. post Pascha.

CONCEPTUS III.

De sexto peccati remedio, videlicet frequenti usu Sacramentorum Poenitentiae, & Eucharistiae.

Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum Veritatis, Joan. 15.

EXORDIUM.

Per Paraclitum intelligi potest Christus, ob triplex hujus vocis significatum. Atque hoc triplicem munus maxime Christus exequitur in Eucharistia.

1. Quamvis pro hac voce Paraclitus communiter, ac ordinarie intelligatur

tertia Divinitatis Persona, nimirum Spiritus Sanctus: nihilominus indubitatam est per eandem intelligi etiam posse secundam Deitatis Personam Christum Dominum, qui humana carne velatus, triginta tribus annis in hoc mundo conversatus fuit, & hodieam nobiscum in Sanctissimo Eucharistiae Myſterio praeservat. Id quod ipse Redemptor insinuat, ait: (Joan. 14.) *Regabo Patrem, & alium Paraclitum dabo vobis.* Notate verba: *Alium Paraclitum,* supra quae verba Doctissimus Cornelius (a Lap. lib. 2. 16.) annotans, inquit: *Hinc patet, quod Christus quoque fuerit Apollolus, & fidelium Paraclitus.* Item affirmat S. Augustinus, inquit: (11. 74. & 75. in Joan.) *Quod ait, regabo Paraclitum dabo vobis, ostendit & seipsum esse Paraclitum.* Ita est: omnia significata hujus vocis apposite conveniunt Christo: quid enim significat haec vox *Paraclitus?* significat, ait idem interpret, Advocatum, Exhortatorem, & consolatorem. Christus Advocatus noster est, quia causam totius humani generis in se suscepit, & coram Divini Patris Tribunali evicit, dicente Apud: *Advocatum habemus apud Deum Patrem Jesum Christum.* Christus Exhortator noster est, quia praecipuis, monitis, ac exemplis ad virtutem, virtute bastimoniam potenter nos estimulat, Christus denique Consolator noster est, quia in tribulationibus est refugium, & unicum spei nostrae fundamentum, Singulariter hic adverteo, omnia haec tria munia Advocati, Exhortatoris, & Consolatoris esse talia, quae cum multiplicitate, ac frequentia exerceri solent: quis enim alienus ad hanc intricata anxius, & de victoria dubius non sepius recurrat ad Advocatum? quis desisti animi miles non sepius audire desiderat Ducis sui ad generosa certamina exhortantis monita? quis lethali infirmitate afflictiis eger non sepius vocari jubet Medicum, unicum in periculosa aegri consolatorem? quid volo dicere? nempe sepius, ac frequentius requirere oportet ad Christum Eucharisticum, qui est nostrum in adversitate refugium, nostrum in afflictione solatium, nostrum in egrotatione pharmacum, nostrum in infirmitate sustentamentum.

2. *Proposio.* Dilucidissimi Auditores! advertitis, ni fallor, cui materiam in praesentiarum tractandae praedidam, Nimirum praesentiam sextum, ultimumque peccati remedium, quod est persequens usus Sacramentorum Poenitentiae, & Eucharistiae. Multum vult contra peccata timor Domini, multum fuga occasiois, multum conscientia primae tentationis, multum fuga otii, multum orationis devotio; sed frequens usus Sacramentorum est remedium omnium quod condicuntur, & complementum. Frustra persequeris et suis fordibus emergere nititur, nisi hoc pharmaco salutaris frequenter utatur. Favere, *Christus insinuat Eucharistiam, ut frequenter ea utamur.*

3. *Confirmatio.* Inexplicabilis est ejus caritatis